Oppositum tamē arguitur. q: nulla ꝓpositio est vera. si sua contradictoria est vera. q: nec illa est vera. si sua cōtradictoria est vera. neq; illa est vera. si sua cōtradictoria ē vera. ⁊ sic vltra demonstratis omnibus propōnibus. igitur nulla ꝓpō est vera si sua cōtradictoria est vera. ¶ Itē quelibet ꝓpō est falsa si sua cōtradictoria est vera. igitur nulla ꝓpositio est vera si sua cōtradictoria est vera. ¶ Iō dr̄ ad dubiū ipm ꝯcedendo. q: est cōditionalis necessaria vt ꝓbant argumenta ⁊ maxime penultimum. vnde ista ꝓpositio est mere cōditionalis. ⁊ nō habet cathegorice ꝓbari. Sed similis rationalis ypothetica habȝ suo modo ꝓbari. l; quelȝ eius cathegorica habeat isto mō ꝓbari cathegorice sicut talis copulatiua aliquis hō est tu non es ille. non habet sic ꝓbari de forma. sor. est. ⁊ tu non es ille ⁊ sor. est. aliqs homo. igitur aliquis homo est. tu non es ille. s; ꝓbari dȝ q̄libet pars per se. q̄uis ista copulatiua bn̄ sequat̄ ex illo antecedente gratia materie vnde non sequitur in alijs terminis asinus ē. ⁊ si tu es ille. tu es rudibilis. ⁊ oīs asinus ē aliquod animal. igit̄ aliquod animal ē. ⁊ si tu es illud tu es rudibilis. Ideo inspecta suppōne relatiui ⁊ inspecto pro quo relatiuū supponit est ista conditionalis necessaria aliq̄ ꝓpositio est vera si sua cōtradictoria est vera sicut ista. omnis ꝓpositio est vera si sua cōtradictoria est vera. ⁊ nō sequitur. omnis propositio est vera si sua cōtradictoria est vera. ista. homo est asinus. est ꝓpositio. igitur ista. homo est asinus est ꝓpositio vera. si sua cōtradictoria est vera. neq; maior est vniuersalis. q: est ypothetica. Et sicut dicitur de ista ita dicitur de talibus. omne animal si ipsum ē rudibile est asin⁹. q: nō sūt cathegorice sed ypothetice vn̄ nō seq̄tur omne aīal si ipȝ ē rudibile est asinus. sor. est animal si est rudibilis igitur sor. est asinus. nō enim valet cōsequentia. q: maior nō est v'lis. sed est conditionalis cōuertibilis cum illa. omne animal est rudibile. si ipsuȝ est asinus. ideo ille non cōuertunt̄. omne animal. si ipȝ est rudibile est asinus. ⁊ omne qd̄ est animal. si ipsum est rudibile est. asinus. q: secunda est cathegorica vniuersalis de cōditionato subiecto aliquid ponens prima antē nihil ponit. Et tunc ad argumentuȝ cū arguit̄. ꝙ nulla ꝓpositio est vera si sua cōtradictoria est vera. ⁊ ꝙ omnis ꝓpositio est falsa si sua cōtradictoria est v̄ra. dicit̄ omnes illas concedendo neq; istarū aliq̄ repugnat alteri sicut neq; ille repugnant. aliud ab homine est. si tantuȝ homo est. ⁊ nihil aliud ab homine est si tantuȝ homo est. ⁊ negat̄ ꝯn̄a. cuȝ ex illis infertur oppositum dubij.

Item restat dubium vtrū hec sit v̄a. oīs homo habēs equum equitat illum posito casu. ꝙ omnis homo habeat duos equos quoruȝ vnū equitet ⁊ aliuȝ nō. ⁊ tunc arguitur dubiuȝ. q: sea

tur iste homo hñs equuz equitat illum. ⁊ iste homo habens equũ equitat illuz ⁊ sic de singulis. igitur omnis homo hñs equuz equitat illuz pña tz. a singularib⁹ ad vlem. ⁊ añs est verũ. vt patet ex casu. igitur ⁊ pñs. ⁊ pñs est dubium. igitur dubium est verum.

Oppositum tñ arguit. q2 sor. habens equuz. b. non equitat illum ⁊ sortes habens. b. equum est homo habens equum. igitur homo habens equum nõ equitat illum. quod est contradictorium dubii. pz pña ⁊ antecedens ponat cum toto casu. ¶ Item in ista. ois homo habẽs equum. equitat illũ supponit. ly equum distributiue vt ponit. aliter enim illud dubiũ nõ habet difficultaté. ⁊ illud relatiuum illum supponit cõiter. igitur illud relatiuuz supponit distributiue. igitur illud dubiuz significat q ois homo habẽs equũ equitat oẽm equuz quẽ hz. qd est ptra casum. ideo illud dubium est falsuz. ¶ Item si ois homo habens equũ equitat illum. igit nihil est homo hñs equuz quin equitet illum. pñs falsum. quia aliquid est homo hñs equum qd nõ equitat illum.

Ideo dicit ad dubium ipsum negando positis illis que posita sunt i illo casu. Et ad argumẽtum quo arguit illud dubium. s. a singularibus. ad suã vniuersalez dicit q iste nõ sunt singulares istius vniuersalis. sed si aliquã vniuersalé inferre debeant inferũt q ois homo hñs equuz equitat equũ quẽ habet. Et si querit que sunt singulares dubii. dicit q sunt iste. iste homo hñs equuz equitat illũ. ⁊ iste homo hñs equũ equitat illum. vbi ly illum eodem modo significat in singulari sicut in vniuersali. Ultimo adiungitur difficultas talium ppositionum infinitas partes equales nõ cõicantes hz sor. quarum nulla est pars sor. ⁊ idez dicit de regritur ⁊ indigeo. etiaz querit pro qbus supponit ly q in illa propositione omnis homo qui est albus currit. ⁊ in illa. ois homo est animal qd est rationale cum pro nullo videatur verificari suum antecedens.

Accipiamus pmo q q2 relatiuum est pnomen ipsuz significat p modum indeterminate apprehensionis. q2 nullã rez determinate significat. sed variaz ⁊ variam generice ⁊ specifice fm q varium refert añs. Ex quo pz q relatiuum est ante late rei repñtatiuum ⁊ facit secũdã noticiã illius de quo facta est prima p suum antecedens. Ex quo sequitur q nullum est relatiuũ diuersitatis. q2 isti termini alius ⁊ reliquus in talibus ppositionibus. vnus hõ currit ⁊ alius disputat. vnus homo currit. ⁊ reliquus sedet. nõ sunt relatiui. q2 in illa ppositione. vnus homo currit. ⁊ alius disputat. nõ refert. ly alius ad istuz terminum. vnus homo. q2 per idem isti termini diuersus differens ⁊ dissimilis in istis ppositionibus. vnus hõ currit. ⁊ diuersus vl differẽs vel dissĩlis disputat forẽt t̃mini relatiui de qbus nũc intẽdimus. pñs falsum igit ⁊c. ¶ Itẽ dato q essent relatiui. ly alius alt. ⁊c. tunc supponerent p eodem relatiuuz diuersitatis sube ⁊ suuz añs qd est ptra sic opinãtes ⁊ pz pña. in istis. vnus hõ currit. ⁊ ali⁹ disputat ponendo q omnis hõ currat ⁊ q ois homo disputet. añs. n. supponit p omni homine ⁊ verificatur. pro omni homine. ⁊ etiã relatiuuz. ideo sequitur. q pro eodẽ supponit ⁊ verificat. ly homo. ⁊ ly alius qd ponit relatiuuz diuersitatis. ¶ Itẽ ly ali⁹ alter ⁊c. nõ significant per modũ habitus ⁊ quietis ⁊ indeterminate apprehensionis. sed determinate sicut illi termini differens ⁊ diuersis. igitur nõ sunt pnomina. igit neqz relatiua. ¶ Sed illorũ error oritur ex hoc. q2 ly alius alter ⁊c habent ⁊ requirũt relatiuuz sequẽs aut pcedens istos. vt vnus homo currit. ⁊ alt ab eo disputat. Ex qbus vlterius pz. q ly idẽ non est relatiuũ nisi quãdo refert ãte latã rẽ. ideo in illa nõ tenetur relatiue. idẽ platoni currit. sicut nec ly simile in illa. simile platoni currit. Sed in illa relatiue tenet homo currit. ⁊ idẽ disputat. Concluditur vltra generaliter q relatiuũ supponẽs supponit solũ pro illo p quo verificatur suuz antecedens in cõparatiõe ad totã cathegoricã in qua est ipsuz. añs patet q2 aliter aliquando verificaretur relatiuum non verificato antecedente. neqz supponẽte. vt in illa copulatiua chymera est ⁊ illa intelligitur. Ex quo patet q relatiuũ nõ puertitur cũ suo antecedente quo ad significatũ ⁊ quo ad moduz significãdi simpliciter. q2 tunc nõ esset relatiuũ sicut neqz suũ añs est relatiuuz. igit ⁊c.

¶ Item quia hic esset nugatio. homo qui est albus currit. quia esset sensus quod homo. homo est albus currit. ¶ Sed contra illa forte arguitur. quia sequitur quod relatiuum aliquando supponit non supponente suo ante. consequens est falsum quia relatiuum capit suppositionem a suppositione sui antecedentis saltem communem. et arguitur consequentia in illis propositionibus antichristus non est et ille erit. chimera non est et illa intelligitur. ¶ Item relatiuum supponit et verificatur in illa. omnis homo qui est albus currit. et tamen non verificatur antecedens ponendo quod omnis homo sit albus. et quod nullus homo currat. ¶ Item in illa. omnis homo qui est albus currit. ly qui habet eundem modum supponendi et significandi. et idem significatum quem et quod habet suum antecedens. ideo etc. ¶ Item sequitur quod ille essent vere. aliquis homo est suus filius. aliquis homo generat se. patet. quia aliquis homo est alicuius hominis qui est filius. Item hec esset falsa. hec propositio. homo est asinus est vera vel eius contradictoria est vera immo sequitur quod illa vniuersalis esset falsa. omnis propositio vel eius contradictoria est vera. eo quod quacunque demonstrata quelibet talis est falsa. de disiuncto extremo. hec propositio vel eius contradictoria est vera. ¶ Item quod tales conditionales essent vere. aliquis homo currit. si ipse sedet. aliquis homo est mortuus si ipse est viuus et arguitur consequentia. quia illius copulatiue. aliquis homo est mortuus. et ille est viuus. secunda pars infert primam. quia ipsam significat quod ipse qui est mortuus est viuus. igitur faciendo conditionalem sic ex illis partibus. homo est mortuus. si ipse est viuus. est bona. ¶ Item sequitur quod ista est falsa. omnis homo est animal quod est rationale. patet quia significat quod omnis homo est animal quod. animal. quod est omnis homo est rationale. cum relatiuum referat suum antecedens in ordine ad totam propositionem sui antecedentis. ¶ Item sequitur tales forte veras. promitto tibi denarium quem tibi non promitto. et promitto denarium et illum non promitto. infinitus numerus est aliquis. numerus et ille est finitus. infinitas partes equales non communicantes habet sortes. quarum quelibet est pars sortis. et illarum quelibet est pars sortis. ¶ Item sequitur quod valet illa consequentia. omnis homo qui est albus currit. igitur omnis homo currit. qui est albus. Simililiter sequitur quod hec consequentia est bona omnis propositio cuius contradictorium est verum est falsa. igitur omnis propositio est falsa cuius contradictorium est verum. ¶ Item quod aliqua propositio est vera. si sua contradictoria est vera. et tamen nulla propositio est vera. si sua contradictoria est vera. ¶ Item sequitur quod omnes homines similes currunt et tamen nullus illorum mouetur cuius tamen secunda pars incompossibilis est prime parti. quia vel secunda pars significat quod omnium hominum similium nullus homo mouetur vel significat quod illorum omnium hominum similium qui currunt nullus homo mouetur primo modo significare non potest. quia tunc illa foret falsa omnis homo est animal. et ille viuit. quia secundum illam responsionem illa significaret quod omnis homo est animal. et ille homo qui est omnis homo viuit. Relinquitur ergo quod significet. secundo modo in quo sensu satis patet. illam esse falsam. ergo sequitur quod illa in quocunque sensu est falsa quare etc.

Sed ad horum primum dicitur quod relatiuum aliquando supponit non supponente suo antecedente. Sed nunquam supponit relatiuum non verificato antecedente. neque relatiuum capit suppositionem a suppositione sui antecedentis. sed a verificatione eius. Et per hoc dicitur ad secundum quod in ista propositione. omnis homo qui est albus currit. in isto casu non supponit relatiuum. quia non verificatur suum antecedens. sed posito casu. quod omnis homo currit. et quod aliqui sint albi. et aliqui nigri dicitur quod relatiuum supponit ibi pro omni homine sicut suum antecedens non tamen licet descendere copulatiue sub isto termino homo. sicut neque licet inferre ex illa quod omnis homo currit. et ille est albus. quia antecedens istius non stat mobiliter. quia non est totale extremum et dicitur vltra quod relatiuum positum in eadem cathegorica cum suo antecedente refert simpliciter suum antecedens. et de per se non discretius significat quam suum antecedens. sed relatiuum simul sumptum cum suo antecedente contractius significat quam antecedens de per se. Et hoc est quod dixerunt gramatici quod relatiuum est inuentum ad tollendam equiuocationem. i. vniuersalitatem. quod non est intelligendum quod relatiuum faciat antecedens specialius significare cum sua determinatione quam ante significabat. sed intelligendum est quod relatiuum simul cum suo antecedente pauciora signifi

cat ⁊ magis limitate q̃ȝ antecedēs solum. ¶Relatiuuȝ aūt qđ ponitur in diuersa cathegorica vel oratione a suo antecedēte bene ꝯtractius de per se ⁊ pauciora significat q̃ȝ suū antecedēs. supponit pro illo pro quo verificatur suum antecedēs in cōparatōe ad totā cōpositionē sui antecedētis. Et similiter dicitur de illa omnis homo ē animal qđ est rationale. ⁊ negatur hoc argumentuȝ. oīs homo est aīal qđ est rōnale igit̄ oīs homo est aīal qđ aīal qđ est oīs homo est rōnale. sicut nō seqtur. oīs homo q est albus currit. igit̄ oīs homo qui oīs homo est albus currit. q: relatiuum non refert nisi suum aňs ⁊ nō refert suum aňs cū signo. sed solum in cōparatione ad residuum cathegorice ꝑter signum. ¶ Ad aliud dicitur negando illā. aliqs homo est suus filius. q: illud relatiuū suus est reciprocū. ⁊ si verificat̄. verificatur singula singulis referendo diuisiue vt sit sensus ꝙ plato est suus filius aut ꝙ sor. est suus filius ⁊ sic de aliis. que oīa sunt i possibilia nāliter sicut etiā ⁊ in illa verificat̄ relatiuum. oīs homo videt se referendo singula singulis. ⁊ sicut nō sequitur. oīs homo videt aliquē hoīem. igit̄ oīs homo videt se. ita etiā nō sequit̄. aliquis hō est filius alicui⁹ hoīs q est. igit̄ aliquis hō est suus fili⁹ ⁊ ita ꝯcedit̄ ꝙ nullus hō ē suus fili⁹. ¶ Ad aliud dicit̄ ꝯcedendo istā esse falsaȝ. hec ꝓpositio. hō est asinus. est vā vel eius ꝯtradictoria est vā. ⁊ nō seqtur neqȝ ista ē vā neqȝ sua ꝯtradictoria ē vā ⁊ illa sī demōstratis illis. s. hō est asinus. ⁊ sua ꝯtradictoria. igit̄ duoꝝ ꝯtradictorioꝝ neutruȝ est verum. Et ꝑ hoc etiaȝ negat̄ illa. oīs ꝓpositio vel eius ꝯtradictoria est vā. q: q̄libet talis est falsa. hec ꝓpositio vl̄ eius cōtradictoria est vera quacūqȝ ꝓpositione falsa demonstrata. q: ex ista que est de disiuncto extremo seqtur disiunctiua falsa. seqtur enim hec ꝓpositio vl̄ eius ꝯtradictoria ē vera demonstrādo illā. homo est asinus. igitur ista est vera vel eius ꝯtradictoria est vera ꝯňa patet. q: bene sequit̄ sor. vel asinus currit. igit̄ sor. currit. vel asinus currit. a ꝓpositione enim de disiuncto extremo in terminis simplicibus ad disiunctiuā affirmatiuam est bonum argumentum. ¶ Ad alias dicitur cōcedendo istas cōditionales sicut argumentū probat. ⁊ nullum sequit̄ incōueniens. ¶ Ad aliud dicitur cōcedendo tales fore veras promitto tibi denarium quē tibi nō ꝓmitto. promitto denarium ⁊ illum non ꝓmitto. sicut ꝓmitto denarium ⁊ illū nō possuȝ ꝓmittere. q: cōtradictoria secūde partis ī falsa ergo illa negatiua est vera. q: illa nihil ponit. ⁊ ꝙ illa est falsa ꝓmitto denarium quem possum ꝓmittere. patet. q: relatiuum ꝓ nullo supponit q: aňs ꝓ nullo verificatur posito ꝙ in generali promittā denariuȝ. ¶ Ad istā cōclusionē ⁊ consimiles. infinitus est aliquis numerus ⁊ ille est finitus. d: ꝙ ꝯcessa prima ꝑte scđa ē etiā ꝯcedenda. q: ista scđa pars nō significat ꝙ ille numerus q est infinitus sit finitus. q: ꝑ idē scđa ps isti⁹ copulatiue esset falsa oīs homo est animal. ⁊ ipse viuit. q: ipsa significaret ꝙ iste oīs homo viuit. qđ tñ non est veruȝ ꝭm eos qui ponunt id relatiuū stare distributiue ⁊ ideo sicut apud eos cōcedit̄ ꝙ oīs homo est animal ⁊ ipse viuit. ita debent ꝯcedere ꝙ infinitus numerus est aliquis numerus. ⁊ ille est finitus. q: scđa pars istius nō plus significat nisi ꝙ infinitus est aliqs numerus. ⁊ ille numerus qui est aliquis numerus est finitus Et similiter illa. oēs homines similes currūt ⁊ nullus illoꝝ mouet̄ significat ꝙ oēs homines similes currūt ⁊ hoīum similium q currūt nullus mouetur. qđ est falsum in casu posito. ¶ Et ita etiā hn̄t concedere ꝙ infinitas partes equales non cōicātes habet sor. quaꝝ quelibet est pars sor. ⁊ ita etiam hn̄t cōcedere ꝙ oīa cōpossibilia istorum sunt demōstratis quattuor cōtradictoriis cōtingentibus. rex sedet. nullus rex sedet. tu curris. tu nō curris ⁊ ista sunt finita. q: scđa pars. s. ꝙ ista sunt finita non plus significat nisi ꝙ oīa ꝯpossibilia illorum que sunt sunt finita. ⁊ hoc est verum. q: oīa cōpossibilia illoꝝ sunt duo. Verumtamē prime partes istaruȝ copulatiuaꝝ infinitus ē aliquis numerus. ⁊ ipse ē finitus infinitas partes equales non communicātes habet sor. ⁊ illaruȝ aliqua est pars sor. sūt false ꝭm veritatem. q: nō plures partes q̃ȝ due equales non cōicantes sunt in sor. neqȝ maior numerus q̃ȝ binarius est finitus. neqȝ maior est aliquis numerus in rerum natura q̃ȝ binarius. vt patet infra. ¶ Ad aliud dicitur cō

cedendo consequētiā₃ oīs homo qui ē albus currit. igitur omnis homo currit q est albus q: ly q idem eodē modo refert in vtraq₃. q: se tenet ex eadem pte extremi in añte ⁊ in ɔse quente. ¶ Et si arguit̄ forte ꝙ ista ɔña non valet ponendo ꝙ oīs homo albus currat ⁊ aliqs homo niger quiescat tunc est añs verū .s. ꝙ oīs homo q est albus currit ⁊ tñ ɔñs ē falsu₃. q: seqtur oīs homo currit. q est albus igit̄ oīs homo currit. ⁊ ille est albus. p₃ ɔña ⁊ cōsequens repugnat casui. igit̄ ⁊c. Ite₃ si oīs homo currit q est albus in isto casu. ⁊ hō niger est homo. igit̄ homo niger currit q est albus. ɔña p₃ in darii ⁊ ɔñs est impossibile. igitur ⁊ añs ⁊ nō minor. q: minor est vera. igitur maior. ¶ Sed ad primum dr̄ negādo istā ɔñam oīs homo currit q est albus. igit̄ homo currit. ⁊ ille est albus. q: añs est de sē su composito. ⁊ ɔñs de sensu diuiso l₃ inter añs ⁊ relatiuum mediet verbū. q: illud totū q est albus tenet se ex parte subiecti ad quod refertur. nō. n. pōt referri ad ly currit. q: ly currit nō pōt esse substantiuū relatiui. Unde notandum est ꝙ nō semꝑ fit sensus diuisus ex hoc ꝙ verbū mediat inter relatiuū ⁊ suu₃ añs. q: semꝑ illud relatiuum qui tenet se ex eadem pte eiusdem extremi cū suo añte. iō n̄ refert dicere oīs ꝓpositio est vera. cuius cō⸗tradictorium est falsum ⁊ oīs ꝓpō cuius cō⸗tradictorium est falsu₃ est vera. que vniuersa lis est vera in casu in quo quelibet hēat suum cōtradictorium ⁊ ista est falsa aliqua ꝓposi⸗tio nō est vera. cuius cōtradictorium est fal⸗sum. ⁊ nō seqtur illa ꝓpositio nō est vera cu ius cōtradictoriū est falsum. ⁊ ista est aliqua ꝓpositio. igit̄ aliqua ꝓpositio n̄ est vera cuiꝰ cōtradictoriū est falsum neq₃ est sillogismus expositorius. q: nō bene sumit̄ cōstantia to⸗tius extremi. sed d₃ sic argui. ista nō est vera ⁊ ista est aliqua ꝓpositio cuius ɔtradictoriu₃ est falsum. igit̄ aliqua ꝓpositio cuius ɔtradi⸗ctorium est falsum nō est vera. vel sic. igitur aliqua ꝓpositio nō est vera. cuius ɔtradicto⸗rium est falsum. ¶ Et ꝑ hoc dr̄ ad scdā₃ for mā negādo ɔñā₃. neq₃ est sillogismus in da rii q: plus subiicit̄ i maiori q̄₃ sit ꝑdicatū i mi nori. Sed d₃ sic argui oīs hō currit qui est albus. sed homo niger est hō qui est albus. igitur homo niger currit. sed minor est falsa vt patet. ¶ Ad aliud dicit̄ illam cōditionale₃ concedēdo. ⁊ similes. aliqua ꝓpositio est ve⸗ra si sua cōtradictoria est vera. q: illa signifi⸗cat ꝙ aliqua ꝓpositio est vera si cōtraditoria alicuius ꝓpositionis vere est vera. ⁊ sic ne⸗gatur illa. nulla ꝓpositio ē vera si sua ɔtradi ctoria est vera. q: añs istius conditionalis est vna indefinita que nō infert illam vniuersalē similiter negat̄ ista. q̄libet ꝓpositio est falsa si eius ɔtradictoria est vera. sicut etiam negatur illa quelibet ꝓpositio est vera si sua ɔtradicto ria est falsa. Et ꝑ ɔñs p₃ rñsio ad oēs tales. omne aīal. si ipsum est rudibile est asinus oīs homo si ipse est lapis nō est rōnalis. p₃ enim ꝙ oēs tales ɔditionales sunt false postq̄₃ rela tiuum ibi supponit determinatius q̄₃ suum antecedēs. sed si relatiuu₃ supponeret distri⸗butiue ceteris ꝑibus foret quelibet talis neces saria. tamen bene ɔceditur ꝙ aliquod aīal ē rudibile si ipsū est asinus. ⁊ negatur ista ɔña hoc aīal si est rudibile est asinus. ⁊ hoc anīal si ipsum est rudibile est asinus. ⁊ sic de singu lis. igit̄ omne animal. si ipsum est rudibile est asinus. sicut nō sequit̄. hec ꝓpositio nō est ve ra si sua cōtradictoria est vera. ⁊ hec ꝓpsitio nō est vera. si sua ɔtradictoria est vera. ⁊ sic de aliis. igitur omnis propositio non est vera si sua contradictoria ē vera. q: vtriusq₃ cōse⸗quentie cōsequens est cōditionalis falsa ⁊ ta⸗les singulares sunt vere hoc. animal si ipsum est rudibile ē asinus. hec ꝓpositio nō ē vera si sua ɔtradictoria est vera posito ꝙ ly nō ca dat solum supra ɔsequens.

q Uomodo supponat relatiuum

sit hec regula. ⁋ Relatiuum sup⸗ponens cōiter super quod cadit negatio. aut terminus habēs cō fundere. aut distribuere supponit ſm vim il lius termini habētis cōfundere. aut distribue re. p₃ q: in illa homo currit. ⁊ nō ille disputat supponit ly ille distributiue. ⁊ in illa aliqs ho mo currit. ⁊ quilibet homo est ille supponit ly ille confuse tm̄. ideo ⁊c. p₃ ɔsequentia ⁊ ar guit̄ antecedens. ¶ Ad qd̄ ꝓbandum p̄sup⸗ponitur. primo qd̄ cuilibet ꝓpositioni cōtra⸗dictoriū pōt dari retenta primaria significati one terminorum. ¶ Secundo supponitur ꝙ non ē verius dare contradictorium q̄₃ ꝑpo

nere negationem aduerbialem negatiue tentam toti aut prepositam auferre. ¶ Tertio suppono ꝙ in ɔtradictoriis termini supponētes p̄cise ꝓ eisdē supponūt. ¶ Quarto suppono ꝙ si terminus in vno contradictoriorum supponit ꝙ etiā in reliquo supponit. ¶ Quibus positis arguitur illud antecedens assumptum ponendo ꝙ aliquis homo currit ⁊ ipse idem disputat ⁊ aliquis nō. tunc ista copulatiua est vera. aliquis hō currit. ⁊ ille disputat. ⁊ cum scḋa pars sit vera. ꝑ primā suppositionem sibi pōt dari cōtradictoriū significans opposito modo. sed non ē verius dare contradictorium q̄ preponere negationem toti. aut prepositam auferre per secūdā suppositionem. igitur preponendo negationem habetur eius contradictorium. ⁊ per consequens ista ē contradictoria secunde partis illius copulatiue non ille disputat retenta eadem relatione. sed ista non pōt esse cōtradictoria eius. sic significante ipsa ex compositione suorum terminorum. si ly ille stat determinate. qꝛ tunc ista negatiua esset vera in illo casu. qꝛ disiunctiue verificatur. ideo non supponit determinate. ⁊ cum illud relatiuum supponat cōmuniter ⁊ non confuse tm̄ nec determinate. igitur supponit distributiue qḋ fuit probandum. ¶ Sed forte dicitur ꝙ in dando contradictoriū secūde parti istius copulatiue, oportet etiam contradictorium prime ꝑtis accipere. vt relatiuum ad antecedens referatur distributiue supponens. ideo forte dicitur ꝙ secūda pars illius disiunctiue nullus homo currit. vel nō ille disputat ē contradictorium secūde partis copulatiue prius accepte.

¶ Sed contra istam responsionem arguitur primo. qꝛ ista respōsio variat relationē in dādo contradictorium. quo nihil magis vitandum ē. qꝛ si variatur relatio cū talis relatio sit significatio sic variatur significatio qḋ vitandū ē. qꝛ ɔtradictio dꝫ esse eiusdē de eodē ¶ Item isto dato sequit̄ ꝙ relatiuū supponit cum aīs nō verificatur. qḋ ē cōtra regulam. ⁊ tenet ɔña. qꝛ ly homo in prima parte illius disiunctiue nō verificat̄ cū ipa sit falsa. ¶ Et si forte dꝛ ꝙ verificat̄ in ista vniuersali ly homo ꝓ hoībus q nō currūt in ista. s. nullus homo currit. Cōtra arguitur. qꝛ tunc sequtur ꝙ in cōtradictoriis termini supponentes non supponerent ꝓ eisdem. qꝛ in affirmatiuā ly ille supponit ꝓ hoīe currēte ⁊ in negatiua supponeret ꝓ hoīe non currente. Item si referunt in negatiua ly homo sequitur ꝙ referat ꝓ hoīe q non currit ⁊ in affirmatiua pro homine q currit ⁊ sic nō supponerent termini ꝓ eisdem in ɔtradictoriis. qḋ ē ɔtra tertiā suppositionem. ¶ Et si dicit̄ forte ꝙ verificatur ly homo in illa indefinita vera. s. homo currit que ē ps illius vlis nullus homo currit. ⁊ hoc sufficit. vt forte dicit̄. ¶ Contra arguit̄. qꝛ tūc hec copulatiua foret impossis chymera non est. ⁊ illa intelligit̄. pꝫ ɔña. qꝛ per responsionē ly ille referret suū aīs affirmatiue ⁊ nō negatiue. ergo a simili ly illa i dicta copulatiua refert suum aīs affirmatiue ⁊ nō negatiue. ⁊ tunc patet ꝙ sic referendo ꝙ illa esset impossibilis. qḋ tm̄ nō est verum vt constat. ergo sicut in ista ly illa refert antecedens negatiue per hoc patet etiam ꝙ ly ille non referat affirmatiue in illa prima. sed negatiue sicut in illa que ei equiualet non aliquis homo currit. vel nō ille disputat in qua cadit solum prima negatio super primam partem ⁊ hoc prout illa disiunctiua cōtradicit copulatiue affirmatiue de eisdem terminis. ¶ Item relatiuum supponeret in vno contradictorioꝝ. ⁊ non in reliquo. qḋ est contra quartā suppositionem. ¶ Sed forte aliter dicit̄ ꝙ in scḋa parte illius disiunctiue. nullus homo currit vel nō ille disputat. non supponit relatiuū qꝛ antecedens non verificat̄ ꝓ aliquo. qꝛ propositio que est antecedens non est vera.

¶ Sed contra istam responsionem arguit̄. quia tunc sequitur ꝙ ly ille supponeret in cōtradictoria affirmatiua ⁊ non in negatiua. qḋ est contra tertiam ⁊ quartam suppositionem

¶ Sed forte hic aliter dicitur ꝙ contradictorium secunde partis copulatiue non est preaccepta propositio. sed illa est sua contradictoria. nullus homo qui currit disputat. quia illa secunda pars significat ꝙ ille homo q currit disputat. ¶ Sed contra tunc sequitur ꝙ suppositio secunda non esset. vera que tamen manifesta est ⁊ clara. quia quodcunqꝫ contingit affirmari contingit etiā negari. idest quicunqꝫ terminus potest de aliquo affirmari de illo potest etiam negari. ¶ Itē illa nullus

homo qui currit disputat cõtradicisti . aliqis
homo qui currit disputat. que nõ est conuer
tibilis cum secũda parte illius copulatiue igi
tur ista nullus homo qui currit disputat non
contradicit secunde parti illius copulatiue. te
net consequẽtia. q2 nõ ẽ possibile ꝙ vna sim
plex propositio contradicat pluribus propo/
sitionibus nõ cõuertibilibus. aut de terminis
non penitus similibus. q2 aliter iste due con
tradicerent. nullũ risibile currit. ⁊ homo cur
rit. Dicitur igitur ꝙ si antecedens supponit
cõiter ⁊ relatiuuz etiam supponit cõiter. ⁊ ẽt
relatiuuz supponit distributiue. aut determi
nate vel confuse tm̃ sicut terminus cõis ſm
terminos precedentes hñtes vim distribuen
di vel confundendi. ¶ Sed forte ꝯtra hoc ar
guitur. q2 hoc dato sequitur ꝙ antecedẽs qñ
qȝ determinate staret ⁊ relatiuum cõfuse tm̃
vt in secunda parte illius copulatiue aliquis
homo est ⁊ quilibet homo est ille ꝯñs est fal
sum cum relatiuum sit ante late rei repñtati/
uum. igitur relatiuum generat secundã noti/
ciam eius de quo est facta prima. sed secũda
discretior ⁊ determinatior est q̃ȝ prima igiť
non est confusior. ⁊ per ꝯñs relatiuũ nõ sup
ponit confuse tm̃ antecedente supponente de
terminate. ¶ Ad qđ respondeť ſm specula/
tiuos grãmaticos ꝙ relatiuum significat reȝ
quam significat suum antecedens. sed signifi
cat distinctius ⁊ contractius istam rem q̃ȝ si/
gnificet suum antecedens. verbi gratia. sicut
iste terminus homo albus eandem reȝ signi
ficat quam significat iste terminus homo. ⁊
ꝓ eadem re in illa ꝓpositione supponit etiaȝ
tñ iste terminus homo albus distincti⁹ ⁊ cõ
tractius eandem rem significat q̃ȝ significet
iste terminus homo. ita relatiuũ eandeȝ rẽ si
gnificat q̃ȝ suum añs. sed contractius signifi/
cat q̃ȝ suum añs. vnde scđa pars illius copu
latiue. aliquis homo currit ⁊ ille disputat. si
gnificat ꝙ ille hõ currens disputat . ⁊ q2 ly
homo currens. hoieȝ distinctius significat q̃ȝ
iste terminus homo de ꝑ se. ideo relatiuum
cũ illo cõplexo conuertibile hoiem distinctius
significat q̃ȝ iste terminus homo q est suum
añs. ⁊ hoc est verũ. q2 ille terminus hõ alb⁹
vel homo currens hoiem distinctius signifi/
cat q̃ȝ iste terminus homo. siue ly homo al/
bus stet confuse tm̃ siue determinate. vñ dicẽ
do. omnis homo est homo albus. predicatũ
sbi. s. ly homo albus adhuc distinctius signifi
cat hoiem q̃ȝ iste terminus homo q est subie
ctum in ista. homo est homo. lȝ illud comple
xum homo albus supponat confuse tm̃. ⁊ ly
homo determinate ⁊ hoc intellixerunt grã/
matici ꝑ relatiuum significare distinctius nõ
hñtes ꝯsiderationẽ ad modũ supponendi.
¶ Ponitur vltra ꝙ relatiuum supponẽs re
latum ad suum añs supponens discrete sup/
ponit discrete vt sor. currit ⁊ ille est animal. ⁊
alio modo nõ supponit relatiuum discrete.
vñ in secũda parte istius copulatiue homo ẽ
sor. ⁊ ille homo est aial. supponit ly ille cõiter
⁊ determinate sicut suum añs. neqȝ sequitur
añs istius relatiui est aptum natum verifica/
ri ꝓ vno solo in tali ꝓpositione. igitur relati/
uuȝ supponit discrete. Ex quibus regulis cõ
cluditur ꝙ cõtradictorium copulatiue affir/
matiue est copulatiua negatiua que cõuertiť
cum disiunctiua composita ex partibus con/
tradictoriis istius copulatiue affirmatiue retẽ
ta eadem relatione ad ideȝ añs in vtroqȝ cõ
tradictoriorum. ⁊ sequitur vltra tales copula
tiuas fore veras. omnis homo est aial ⁊ illud
est rõnale. infinitus numerus est finitus ⁊ il/
le est finitus. Aliquod coloratum est ⁊ quodli
bet album est illud. ⁊ si cõcluditur ex prima
omnis homo est animal. ⁊ illud est rõnale.
igitur omnis homo est animal. ⁊ illud anial
qđ est ois homo est rõale. negatur argumẽ
tum. q2 relatiuũ illud refert suum añs ꝓ illo
ꝓ quo verificať añs de alio extremo. sed ex/
tremum nõ est ly ois homo igitur ⁊c.

¶ De ampliationibus.

n

Unquid sit ampliatio dicemus.

¶ Preponẽtes primo ꝙ suppo
sitio est statio termini in orone cõ
nexi ꝓ supposito vel suppositis
pro quo vel ꝓ qbus transit vis termini in ip
sũ quo hȝ vt supponat. ¶ Scđo suppono
ꝙ ista ꝓpositio ⁊ ꝯsimiles cathegorice de di
siuncta copula sunt affirmatiue qđlibet est vł
nõ est. chymera est vel nõ est. cõuertitur eniȝ
ista scđa sic qđ est vel nõ est. est chymera. ⁊
cõsimili modo cõuertunť alie consimiles.
¶ Item illa nõ est negatiua qđlibet est vel ñ
est. ⁊ ẽ cathegorica sicut illa ois homo sedet

vl' sedebit .igit' illa est affirmatiua.p3 ɔña.q:
aliter ipa foret affirmatiua ⁊ negatiua. maior
etiã p3 ex ɔtradictorio eius qδ est falsu3.⁊ ne
gatiuũ puta aliqd nõ ẽ vel nõ est.si.n.ista ali
quo mõ affirmatiue significaret cũ alijs par
tibus foret ipa vera. Ex quo sequit' q̄ iste cõ
sequẽtie sunt bone qδlibet ẽ vel nõ est.igitur
qδlibet ẽ.chymera ẽ vel nõ est.igit' chyme/
ra ẽ. ¶ Tertio p fundamento sumit' in hac
mã q̄ nullus termin⁹ ãpliat se ip̃3. ¶ Quar
to sumit' q̄ qlibet terminus supponens re/
spectu huius verbi est p se sumptũ supponit
solũ p eo qδ est. ¶ Ex qbus p3 q̄ tales sũt
impossibiles. Adã ẽ mortuus. aliquid est cor
ruptũ. chymera est intelligibilis. silr' etiã iste
antixp̃s est generandus aliquid est futurũ di
stinguendo futurũ ɔtra pñs.q: in ista chyme
ra est intelligibilis si sit vera. sic significando
supponit ly intelligibilis respectu illius verbi
est. igitur supponit solum p eo qδ est. tenet
ɔña. p quartum premissum. igitur sequitur
chymera est intelligibilis. igit' chymera ẽ ali
qδ intelligibile qδ ẽ. ɔñs est impossibile igit'
⁊ antecedens. ideo ⁊ cetere erunt impossibi
les. ¶ S3 forte dicitur q̄ iste sunt vere adã
est mortuus. antichristus ẽ generandus.q: il
lud complexum est generandus ⁊ ẽ mortu/
us ẽ vnũ verbũ. vnde dr̃ q̄ ly mortuus non
supponit respectu illius verbi ẽ.q: ly ẽ nõ est
verbũ sed pars illius verbi. ¶ Sed contra
nos apud latinos ⁊ apud grecos nõ inueni/
mus verbũ esse masculini generis. qδ tamẽ
sequitur ex ista positione.q: illa adã ẽ mortu
um vel mortua. nõ ẽ ɔgrua. ⁊ hoc nõ est nisi
q: illud verbũ est mortuum vel mortua ẽ al
teri⁹ generis a suo supposito. ¶ Didicimus
ɔsequenter cũ prisciano docẽte q̄ verba pas
siua ⁊ deponentia carent preteritis. sed sup/
plementũ suscipiunt p verbũ substantiuu3 ⁊
participiũ. ¶ Itẽ si illud totũ sit vnũ verbũ
ad huc ista esset falsa. Adam est mortuus. qδ
p3 si illud verbum est mortuus resoluatur ĩ
substantiuũ ⁊ participiũ suum. sed horũ ver/
borum inuentores adhuc sibi participia non
inuenerunt. Quibus stantibus sequit' q̄ fru
stra ponit' participium futuri tpis ⁊ preteri/
ti ⁊ etiam nomina in bilis vel in bile termina
ta ampliare subiecta propter ppositiones ali
quas reddere veras.q: sue cõtradictorie ad
hue manerent vere. ex supradictis istud pate
re põt. ¶ Et vltra dicitur q̄ terminus non
ampliatur nisi supponat si ampliari possit. ⁊
ideo in talibus chymera erit. chymera põt
esse. nõ ampliat' ly chymera pro eo qδ ẽ vel
põt esse neq3 pro eo q̄ est vel erit cũ nõ sup/
ponat pro aliquo. terminus igit' supponens
respectu alicuius verbi vel participij suppo/
nit solũ pro supposito vel suppositis p quo
vel p qbus in ip̃3 vis illius verbi vel partici
pij trãsit. vnde in ista. homo fuit. ly hõ sup/
ponit solum p hoie qui fuit.q: ly hõ ex se nõ
h3 vt supponat. sed a verbo incipit ⁊ a mo/
do significandi istius verbi fuit. sed illud ver
bũ fuit nullo mõ significat p modũ pñtis. s3
solum p modũ preteriti. igit' vis illius verbi
nõ transit ĩ istũ terminũ nisi pro supposito vl'
suppositis qδ vel q̃ fuerunt. ⁊ hoc totũ p3
ex suppositione prima. ¶ Itẽ si ampliat' ly
homo in ista propositione aut ampliat' copu
latiue aut disiunctiue aut disiunctim aut co/
pulatim. nõ copulatiue.q: duo ɔtradictoria
essent sil' falsa in datis terminis siue ppositi/
onibus. omne creans de necessitate est deus
⁊ aliqδ creans. nõ de necessitate ẽ deus. neq3
disiunctiue.q: duo ɔtradictoria essent simul
vera in dictis terminis. neq3 etiã copulatim.
q: etiã duo ɔtradictoria essent sil' falsa in illis/
met terminis. neq3 disiunctim.q: si sic tunc
in illa homo fuit. ly hõ ampliaret' ⁊ eẽt sen/
sus hõ q ẽ vel fuit fuit. ⁊ tunc seq̄t' q̄ si iã nul
lus hõ eẽt illa hõ fuit. si significando esset fal
sa.q: seqtur hõ fuit igit' hõ q ẽ vel fuit fuit.
ɔñs ẽ falsum.q: seq̄t' hõ qui ẽ vel qui fuit fu
it. igit' hõ fuit. ⁊ ille est vel fuit. scδa ps ɔñtis
ẽ falsa.q: seqtur ille ẽ vel fuit. igitur ille ẽ ɔña
p3 p primã ⁊ secundam suppositionẽ. eo q̄
tales sunt de pñti. antixp̃s ẽ vel erit. adã ẽ vel
fuit. cum sint de disiuncta copula. ⁊ nõ sint δ
futuro.q: hec eẽt falsa. hoc instans ẽ vel erit
demõstrato instãti pñti neq3 etiã est de pñti
⁊ de futuro.q: p idẽ foret aliq̃ ppositio affir
matiua q̃ etiã eẽt negatiua. ¶ Silr' aliq̃ esset
propositio sicut ista. hõ ẽ vel põt esse q̃ esset
de inesse ⁊ modalis. qδ ẽ falsu3. sequitur igi
tur q̄ illa ẽ de presenti. ⁊ per ɔsequẽs ẽ falsa
sicut ista chymera ẽ vel non est. Item si ali/
quo modo terminus ampliaretur. amplia
ret' ex eo q̄ supponeret p eo q̄ ẽ vel erit aut

pꝛo eo ꝙ ē vel fuit. aut ex eo ꝙ supponeret pꝛo supposito vel suppositis diuersaꝝ dͥaꝝ tp̄is vel qꝛ supponeret ꝓ aliquo vel ꝓ aliqb⁹ vltra ea q̄ actualiter sunt. nō primo mō neqꝫ scd̄o. qꝛ in ista. hō ē. ly hō ampliaret̄ tā pꝛo eo qd̄ ē. q̄ꝫ ꝓ eo qd̄ erit. ⁊ etiā ꝓ eo qd̄ ē vel fuit. neqꝫ tertio mō. qꝛ si terminus ampliaretur ex eo qd̄ ꝓ suppositis diuersoꝝ tempoꝝ supponeret sequit̄ ꝙ in ista. hō qui fuit erit ampliat̄ ly hō. qꝛ supponit ꝓ suppositis diuersoꝝ tempoꝝ. qꝛ pro aliqbus suppositis que fuerunt ⁊ q̄ erunt. ꝯn̄s tn̄ ē falsuꝫ. ⁊ cōtra illos q sunt istius opinionis. Sꝫ forte huic dī ꝙ terminus nō ampliat̄ nisi supponat pꝛo suppositis q̄ nō simul sunt vel erunt. verbi gr̄a. in ista homo erit vt forte dī ampliat̄ ly homo. qꝛ supponit pꝛo soꝛ. q iam est. ⁊ ꝓ antixp̄o qui non ē. sed erit. ⁊ ideo illo modo ampliatur terminus. qꝛ supponti pꝛo suppositis diuersoꝝ tempoꝛum. ¶ Sed cōtra istā rationem arguitur faciliter. qꝛ ex ista seqtur ꝙ nullus terminus discretus pōt ampliari. qꝛ terminus discretus solū supponit ꝓ suppositis q̄ simul sunt vel fuerunt igit̄ non ampliatur. ¶ Item seqtur ꝙ ī ista deus erit. ly deus non ampliat̄. qꝛ nō supponit pꝛo suppositis diuersoꝝ tempoꝝ ⁊ generaliter seq̄t ꝙ omnis terminus significans solum rem incoꝛruptibilem nō pōt sic significando ampliari. ꝯn̄s tn̄ est falsum. qꝛ subiecta istarum ꝓpositionum. aliq̄ intelligentia erit. ⁊ aliquis hō erit. sunt sub̄a eque apta supponere ⁊ etiam copule a qbus accipiunt suppositionem sunt sinonime. igitur eq̄liter supponere faciunt. ⁊ si in vna est amplatio. ⁊ in vtraqꝫ. ⁊ si in vna non est ampliatio neqꝫ ī alia. ¶ Itē etiā arguitur illo dato ꝙ in ista homo qui nō currit curret. amplietur ly homo. qꝛ suppnit ly homo pro antixp̄o ⁊ etiā pꝛo hoīe qui gescit. ¶ Nec quarto modo ampliatur terminus ex eo. s. ꝙ supponit ꝓ supposito aut suppositis vltra ea que actualiter sunt vel vltra hoc qd̄ actualiter est. qꝛ tunc in ista hō q non currit curret ampliaretur ly hō. qꝛ supponit pꝛo suppositis diuersoꝛum tempoꝛum. s. pꝛo homine qui nō est ⁊ pꝛo homine qui ē. ⁊ etiam verificatur. consequens tn̄ est falsum. qꝛ ibi ly hō nō ampliat̄ apud sic opinantes dicunt. n. ampliationē impediri ꝑ relatiuum.

Dicitur igitur ꝙ terminus supponens respectu verbi de preterito tm̄ pꝛo eo qd̄ fuit supponit ⁊ terminus supponēs respectu huius verbi est solū supponit pꝛo eo qd̄ est ⁊ sic generaliter respectu alioꝝ verboꝝ dicendum est. vt ꝙ terminus supponens respectu huius verbi pōt aut cōtingit solum pꝛo eo ꝙ pōt aut contingit esse supponit. ¶ Similiter terminus supponēs respectu huius verbi ītelligitur aut significat solum pꝛo eo qd̄ ītelligitur aut significat supponit. Et generaliter dī ꝙ nullus terminus ampliat terminum alium. vn̄ in ista hō erit ly homo non ampliatur sicut neqꝫ in ista homo est nisi forte dicatur ꝙ ampliatur ex eo ꝙ pꝛo pluribus suppositis supponit. sed pluralitas suppositoꝝ non arguit ampliationeꝫ. qꝛ tunc in ista aīal erit magis ample supponet̄ ly animal q̄ꝫ ly hō in illa hō erit. qd̄ tn̄ ē falsum. ¶ Ideo dī generaliter ꝙ nullus termin⁹ ampliat aut contrahit alium terminū.

Sed forte arguitur contra pꝛedicta. qꝛ si terminus supponens respectu verbi de pꝛeterito supponit solū pro eo ꝙ fuit cū alijs supꝛadictis seq̄t ꝙ iste due ēēnt vere sil̄. s. oīs hō fuit ⁊ hō nō fuit. ponatur eniꝫ ꝙ nunc primo sit soꝛ. tūc illa est vera. oīs homo fuit. qꝛ hō fuit. ⁊ nihil fuit hō. quin id fuit igitur oīs homo fuit. ꝯn̄a tenet iuxta positionem. qꝛ ista oīs hō fuit. significat soluꝫ ꝙ oīs homo qui fuit fuit. alia pars arguitur. qꝛ soꝛ. nō fuit. ⁊ soꝛ. est homo. igitur homo nō fuit. ¶ Itē arguitur ꝙ non oīs homo fuit homo qꝛ si oīs homo fuit soꝛ. est homo. igitur soꝛ fuit. vel sic arguit̄ oīs homo fuit soꝛ. est vel fuit homo. igitur soꝛ. fuit ꝯn̄s est cōtra casuꝫ. ¶ Itē si terminus supponens respectu alicuius termini. sequitur vim istius termini seq̄t ꝙ album significatur ꝑ istum terminū nigrū qꝛ si soꝛ. niger qui pōt esse albus tunc soꝛ. niger significat̄ ꝑ ly nigrum ⁊ soꝛ. pōt intelligi esse albus. igitur albū significat̄ ꝑ ly nigruꝫ. Et ꝯn̄r sequitur ꝙ illa soꝛ. albus currit soꝛ. nigrum currere significat. qꝛ soꝛ. albū currere ista significat. ⁊ soꝛ. albū currere intelligit̄ esse soꝛ. nigrū currere. igit̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯn̄a. ⁊ minoꝛ sequitur ex positione. ¶ Itē sequit̄. ꝙ regeꝫ sedere scitur a te ⁊ tn̄ nullus rex sedet ponatur ꝙ nullus rex sedeat. sed ꝙ oīs rex cur-

rat. tunc pꝫ secunda pars. ⁊ prima arguitur q: oēm regem currere scitur a te ⁊ oēꝫ regeꝫ currere intelligitur. aut pōt esse regem sedere. igitur sequit̄ ꝙ regem sedere scitur a te. ꝯñs. tñ falsum. q: nihil scitur nisi veruꝫ. Etiā sequitur ꝙ antixp̄m esse scitur a te. q: ꝙ antichristus erit scitur a te. ⁊ ꝙ antixp̄s erit ē antixp̄m esse vel pōt esse antixp̄m esse igitur antixp̄m esse est scitum a te. ❡ Iteꝫ sequitur ꝙ chymeram esse scitur a te. q: chymera intelligi scitur a te igitur ⁊c̄.

Ideo ad primū dr̄ negando ꝯñaꝫ cū infertur ꝙ oīs homo fuit. ⁊ homo non fuit. ista eniꝫ copulatiua ex nullis veris ex ista positione sequitur. ꝯcedit̄. n. p̄ma pars ⁊ secūda negatur. ⁊ cū arguitur ꝙ sor. nō fuit. ⁊ sor. est homo. igitur homo nō fuit negatur ꝯña. neqꝫ ē syllogismus expositori⁹ sed oꝫ sumere istam minorem de preterito sub maiori de preterito. Et ꝑ eandem cām non vꝫ ista ꝯña hoc erit sor. ⁊ hoc est sedens vel album. igitur sedens vel albū erit sor. q: terminus supponens respectu huius verbi erit vel fuit. eque pro multis supponit a parte post sicut a parte ante. ideo nō refert dicere hoc erit album. ⁊ album erit hoc. ❡ Et ꝑ hoc dr̄ ad secundam formā cū arguit̄. ꝙ nō oīs homo fuit. q: si oīs homo fuit. ⁊ sor. est homo. igitur sor. fuit. negatur ꝯña. sicut non sequitur. oīs hō est. Adā fuit hō. igit̄ adā est ⁊ cā est. q: subiectum maioris non supponit pro sor. ⁊ in minori sic. vnde oportet cōtinue sub maiori minorē capere eiusdē tpis cū ip̄a maiori. ❡ Et ita etiam ꝯsilr̄ rñdetur ad aliā formā cū arguit̄. oīs homo fuit sor. est vel fuit homo. igitur sor. fuit. negat̄. n. ꝯña. q: minor est de p̄nti. ❡ Ad aliud cū arguit̄ ꝙ albū significat̄ ꝑ istum terminū nigrum dr̄ concedendo. Et ꝯsilr̄ cōceditur ꝙ ista sor. currit sor. sedere significat. Et vltra conceditur illa conclusio ꝙ regē sedere scitur a te ⁊ tñ null⁹ rex sedet de virtute sermonis. ⁊ cum dicitur ꝙ nihil scitur nisi verum conceditur ꝙ tātuꝫ verum scitur. q: tantū illud qd̄ intelligitur eē verū scitur. verūtamen iste non est cōmunis modus loquendi quāuis sit verus habita significatione terminorum. sed de hoc est magis videndum in tractatu de veritate ⁊ falsitate ꝓpōnis. q: hoc dato multi modi arguendi ꝓpōnes esse veras vel falsas non sunt boni. ⁊ ita dr̄ ad alias cōclusiones ibi illatas.

Sed dubium est vtrum omne qd̄ pōt eē sit ⁊ arguit̄ ꝙ non. q: antixp̄s nō est ⁊ antixp̄s pōt esse. igitur aliquid qd̄ potest esse non est. ❡ Item dato illo dubio seqtur ꝙ omne qd̄ potest intelligi esse est. ⁊ omne qd̄ deus potuit producere produxit. ⁊ quicquid ip̄e poterit producere producet. immo deus producit omne qd̄ pōt producere posito ꝙ aliquid producat. ⁊ similiter sequitur ꝙ omnes homines qui possunt esse sunt. ⁊ ꝙ aliqua sunt omnia q̄ possunt esse. ❡ Similiter ꝙ istans presens est omne. istans qd̄ potest esse que propositiones arguūtur esse false. q: si omne qd̄ pōt intelligi est. igit̄ nihil pōt intelligi qn illud sit. ꝯña tenet. ab exposita ad vnā suā exponentē. ⁊ ꝯñs est falsum. igit̄ ⁊c̄. ⁊ sic arguitur contra alias. ❡ Itē si omne qd̄ pōt intelligi est sequit̄ ꝙ omne intelligibile est. ⁊ si omne qd̄ pōt esse est seqtur ꝙ omne possibile est. ⁊ si deus produxit omne qd̄ potuit ꝓducere produxit oīa producibilia. ❡ Q. d. tñ dubium sit verum arguitur. quia relatiuuꝫ nunqꝫ supponit pro pluribus q̄ꝫ suum aña verificetur. ⁊ cum in ista propositione. omne ens qd̄ pōt intelligi esse est. ly ens supponat ⁊ solū verificetur pro eo qd̄ est. q: supponit respectu huius verbi est. ideo relatiuū soluꝫ supponit pro eo qd̄ est. ⁊ iō illa ꝓpositio significat solūmō ꝙ omne qd̄ est illud qd̄ pōt intelligi est qd̄ est necessariū. ❡ Itē tantum ens est illud qd̄ pōt esse. igitur omne ꝙ pōt esse est. tenet ꝯña. ab exclusiua ad vniuersaleꝫ d̄ terminis trāspositis cū alijs reqsitis iō ⁊c̄.

Ideo dicitur ad dubiū ip̄ꝫ concedēdo ⁊ cū arguit̄ ꝙ nō. q: antixp̄s n̄ est. ⁊ antixp̄s pōt esse. illa aliquid qd̄ pōt eē nō est dr̄ negando ꝯñam. q: sub ista maiori oꝫ sumi vna de ly esse. sic arguēdo antichristus non est ⁊ antixp̄s est aliquid qd̄ potest esse. igitur aliquid qd̄ pōt esse nō est. ⁊ tunc aña ē repugnans. ❡ Ad aliud cū isert̄ ꝙ oē qd̄ pōt itelligi ē. ⁊ oē qd̄ deus potuit ꝓducere ꝓduxit ⁊ sic de alijs. dr̄ omnes illas conclusiones concedendo ⁊ cū arguit̄. ꝙ sit oē qd̄ pōt intelligi ē. igit̄ nihil pōt intelligi quin illud sit dr̄ negando argumētū. sed seqt̄ ꝙ ni

bilꝫ est qđ pōt intelligi.qn illud sit.⁊ cū vltra arguit .ꝙ si oē qđ pōt intelligi ē.oē intelligibile ē.⁊ si deus ꝓduxit omne ꝙ potuit ꝓducere deus ꝓduxit oē ꝓducibile.dicit oēs istas cōcedendo quaꝝ deductio.satis pꝫ ex principiis assumptis.

Sed forte arguit.tales fore veras. antixp̄s ē vel erit.adaꝫ est vel fuit que superius negate sꝫ.seqtur.n.antixp̄s erit.igr̄ antixp̄s ē vel erit.ꝑ istā regulā a ꝑte disiūcti ad totū disiūctū cuius ē ps.valꝫ ↄña affirmatiue siue distributiue.¶ Itē si antixp̄s nō est vl̄ erit igit antixp̄s nō erit vl̄ ē.ↄña tenet.⁊ ↄñs ē falsuꝫ.qꝛ eius oppositū ē verum.s.antixp̄s erit vel est. ¶ Sed dr̄ vt prius ꝙ ista ē falsa.antixp̄s ē vl̄ erit.qꝛ totū qđ seqtur primū verbū p̄ncipale se tenet ex ꝑte p̄dicati ⁊ denoiat ꝓpō a prima copula.nō.n.pōt denoiari ab vtraqꝫ.qꝛ tūc foret ista de p̄nti ⁊ đ futuro.⁊ aliqua foret affirmatiua ⁊ negatiua ⁊ aliqua essꝫ ꝓpō q̄ esset modalis ⁊ de inesse ↄña tenet.qꝛ tales forēt hmōi.qđlibet est vel nō ē sor.ē vl̄ pōt esse.¶ Sed forte dr̄ ꝙ denoiatio fit a scđa copula.ↄtra.tunc seqtur ꝙ ista essꝫ falsa.hoc instans ē vl̄ erit.instās p̄ns demōstrādo.Etiā sequit ꝙ illa foret mere negatiua.qđlibet ē vl̄ nō ē.ↄñs falsuꝫ.qꝛ sua ↄtradictoria ē negatiua aliter foret sua ↄtradictoria va si affirmatiue significare.Itē si solū denoiat a scđa copula tūc tales ꝓpōnes.ois homo ē vel fuit.ois hō ē vl̄ erit.solū significarēt ꝙ ois hō q fuit fuit.⁊ ois hō q erit erit.⁊ tūc pꝫ ꝙ termini q ponunt āpliari nō ampliant disiūcti.qđ erat ↄtra istā positionē ꝓbādū.¶ Sed forte dr̄ ꝙ ista ꝓpō antixp̄s ē vl̄ erit ē ꝓpō de p̄nti ⁊ đ futuro.⁊ cū arguit pariter ꝙ eadē ꝓpositio esset simul affirmatiua ⁊ negatiua. Dicit forte ꝙ illud ē verū sicut ꝙ eadē ꝓpositio ē vl̄is ⁊ indefinita.sicut ē q̄n ois ꝓpō vl̄is affirmatiua vt talis.ois homo ē ē ipsamet ⁊ sua ps.puta ista.hō ē.q̄re ē vl̄is.⁊ indefinita copulatiꝫ.Ita ēt eadē rōne dr̄ ꝙ eadē ꝓpō ē affirmatiua ⁊ negatiua puta ista.nullus deus ē.qꝛ ē istamet ⁊ sua ps sicut duo sūt duo ⁊ vnū.⁊ sicut hō ē hō ⁊ ñ homo. Sed hec rñsio ad ꝓpositū nō est.inferunt.n.ↄclusiones iste in sensu diuiso ⁊ copulatiue ⁊ ista rñsio solū verba capit iō relinqͣt ¶ Nō eniꝫ est dubiū quin eadē ꝓpō sit va ⁊ falsa.necessaria ⁊ impossibilis intelligendo istas ↄclusiones de ypotheticis extremis. vt pꝫ de tali ꝓpositione. nullus deus est. nulla chymera ē.⁊ sic de aliis . Et tūc ad argumētū cū arguit ꝙ hec sit vera antixp̄s ē vl̄ erit qꝛ antixp̄s est.igr̄ ⁊c.dr̄ negando ↄñam. Et ad regulā allegatā dr̄ ꝙ ista multipliciter fallit.qꝛ fallit cū distributione negatiua in ꝓpōnibus se falsificātibus ⁊ vbi disiūctū nō significaret ex cōpositione suarum ꝑtium.⁊ etiaꝫ fallit qñ ꝓpositiones sunt de disiunctis copulis nisi capiat ista copula a qua fit denominatio in antecedente. ¶ Ad aliud dicit negādo ↄñam denoiando ꝓpositionē a prima copula prius.qꝛ totū qđ seqtur primā copulā tenet se cū predicato sicut in ista. antixp̄s ē ens vel erit ens ly ens ⁊ quicquid sequitur se tenet ex ꝑte p̄dicati.qꝛ ly ens qđ pars predicati nō precedit copulam aut ꝑtem copule principalis.vnde ↄuertendo istā ꝓpositionēꝫ oportet capere ly ens ⁊ totum sequens reducere ad subiectum.

De appellationibus.

In materia appellationū cōiter dicit ꝙ p̄dicatuꝫ appellat formaꝫ ⁊ nō subiectū addentes ꝙ predicatū appellare formam est ipsuꝫ esse verificabile de ꝓnomie demōstrāte illud pro quo supponit subm in ꝓpōne de p̄nti . ¶ Sed primū dictū nō videt veꝝ.qꝛ subiectū etiā appellat suā formā.vt cū dicit videbat albū a nigro.cognoscit hō .aliquādo fuit albū nigrū.⁊ sic de aliis.imo in ista a nigro videbat albū.appellat formā subiectuꝫ ⁊ nō p̄dicatū neqꝫ ps predicati. Neqꝫ s̄m dictum veꝝ est.qꝛ predicatū in ista . chymera erit aliqđ albū.eque bene appellat formā cū eque bene supponat ⁊ respectu similis verbi sicut in illa.tu eris aliquod albū.⁊ tñ in ista p̄dicatū nō est verificabile de ꝓnoie demōstrāte rem significatā per subm neqꝫ illi corrñspōdere pōt aliqua de p̄nti vera sic significando ⁊ generaliter sequit ꝙ in nulla ꝓpōne impossibili p̄dicatū appellat suā formā ↄñs est falsum cū eque bene supponant termini in multis ꝓpōnibus impossibilibus sicut supponūt idē termini aut ↄsimiles in multis ꝓpōnibus possibilibus ⁊ veris. ¶ Istud ex alio pꝫ.qꝛ

subiectum nõ dat appellationez p̄dicato. igit̃ vel a se h3 vel a verbo. nõ a se. igit̃ a verbo. ⁊ si a verbo. igitur sil'e predicatũ respectu similis verbi similiter appellat. ¶ Et cõiter sic putãtes regulas ponũt ⁊ dicũt ꝙ in ꝓpõnibus de p̃n̄ti predicata appellãt suã formã sic ꝙ ad v̄itatẽ istarũ requirit̃ predicata verificari in ꝓpria forma de ꝓnoĩe demr̃ante illud pro quo supponit subm. Sc̄dam regulã ponũt hanc ꝙ ꝓpõnes de p̄terito reqrũt ꝓpõnes de p̃n̄ti. Ultimo tertiã regulã isti regule sil'ez ponũt. ꝙ. s. ꝓpõnes de futuro reqrũt ẽt ipse ꝓpõnes de p̃n̄ti. Sed nullũ illoꝝ est verum. primũ .n. non est veꝝ. q2 in ista ꝓpõne sor. nõ demonstrat̃ vel sor. nõ est demõstratus predicatũ nõ appellat formã sic ꝙ ei correspondeat aut corrr̃spõdere possit aliqua ꝓpositio vera de ꝓnoĩe demonstrante. q2 illa est falsa. hoc nõ demõstrat̃ demr̃ando sor. ⁊ tñ prima erat vera. ideo veritas talis ꝓpõnis sor. nõ demr̃atur. nõ exigit aliquam talez singularem de pronomine demr̃atiuo ꝓ veritate sua. sed potius talis singularis repugnat illi ¶ Item hec indefinita est vera. tñ animal ẽ homo. ⁊ tñ quelibet eius singularis de ꝓnomine demõstratiuo est falsa. ideo hec. tñ animal est homo nõ reqrit ad sui veritatẽ posse habere talem ꝓpositionẽ veram. tñ hoc animal est homo. ¶ Item tales ꝓpositiones forẽt false. promittitur denarius. incipit instans qđ nõ est esse. q̃r sc̄da manifeste est vera. vt patet ꝑ eius causas veritatis. ⁊ prima in casu est vera licet quelibet eius singularis in eodẽ casu sit falsa. ¶ Sc̄da regula etiã nõ est vera q2 hec. tu fuisti maior q̃3 tu es. est vera. nũq̃3 tamẽ fuit verũ dicere de p̃n̄ti. tu es maior q̃3 tu es. Item tu fuisti oĩs homo qui est in a. loco. posito ꝙ ante hoc fueris alibi. sed nũc sit primũ instans in quo tu es in a. loco. in quo nõ sit alius nec alia homo a te ⁊ tñ nũq̃3 fuit ita. ꝙ tu es oĩs homo qui ẽ in a. loco. ¶ Et per idez tertia regula. nõ est vera. q2 ista. iste numerus erit binarius demõstrando numerum qui erit duo. instantia est vera. ⁊ tñ nũq̃3 erit ita ꝙ iste numerus est binarius. q2 nũq̃3 erit ita ꝙ ista duo instantia sint simul.

finito est maius. q: tunc vtrunq3 esset paruū ¶ Item sequitur hanc consequentiā non valere. a. est magnum ꝛ. b. est magnu3 ꝛ. b. nō est eque magnu3 cū. a. igitur. a. est maius. b. patet posito ꝙ. a. sit vnum infinitum. ꝛ. b. vnum finitum vel infinitum. tunc est añs verum. ꝛ ɔñs falsum. Sequitur etiam ꝙ deus non est pfectior aut scientior ꝛc. q: ipse nō est parum sciens aut paru3 perfectus. ¶ Item accipitur tertio ꝙ vbicunq3 p aliquā ꝓpositionem aliqua ꝓportio vel comparatio denotatur esse que non est. est talis propositio falsa Quibus positis dicitur ꝙ propositio ratione comparatiui gradus sic exponit. sor. est maior ꝙ̄ est pla. sor. est magnus ꝛ pla. est magnus. ꝛ pla. nō est tam magnus ꝙ̄ est sor. s3 minor sor. igitur ꝛc.

Contra quem modu3 exponēdi fortē arguitur sic. q: ista ɔñtia nō valet sor. erit maior ꝙ̄ erit pla. igitur sor. erit magnus. ꝛ pla. erit magnus. ꝛ pla. non erit tam magnus ꝙ̄ erit sor. sed erit minor ꝙ̄ erit sor. q: posito ꝙ sor. ꝛ plato. sint equales. ꝛ manente pla. non aucto per tp̄s per qd̄ erit nec diminuto. augeatur sor. ad duplu3 post finem hore future stante ipso eque magno cu3 pla. in ista hora presenti. tunc est antecedens veru3. q: sor. erit quadripedalis ponatur ita ꝛ pla. non erit quadripedalis. sed minor ꝙ̄ quadripedalis sed consequens est falsum ꝓ vltima parte. quia sortes erit tam paruus ꝙ̄ vnquam erit plat. per totam istam presentem horam scilicet. vt patet per casum. ¶ Itē secundo non sequitur sor. erit maior pla. igitur sortes erit magnus ꝛ pla. erit magnus. ꝛ pla. non erit tam magnus ꝙ̄ sor. sed erit minor sor. q: posito ꝙ per totam istam horam sor. erit maior ꝙ̄ pla. per eundem horam. ꝛ post istam horam augeatur plato ad equalitatem sor. quo aucto maneat vterq3 istorum nec auctus nec diminutus. tunc est antecedens verū hoc scilicet. sor. erit maior pla. quia per tota3 istam horam erit gratia argumenti sor. duplus ad plat. ꝛ sequitur. sor. erit duplus ad pla. igitur sor. erit maior platone. ꝛ ɔ̄sequēs est falsum pro tertia parte. quia sor. erit eque magnus cum platone ꝛ sor. erit tantus ꝛ eq̄ magnus quantus erit pla. ¶ Sed forte huic dicitur quod ista sor. erit maior platone. non habet sic exponi. sed sic sor. in aliquo instanti erit magnus. ꝛ pro eodem instanti erit magnus ꝛ pro tunc non erit pla. ta3 magnus ꝙ̄ sor. sed minor. ¶ Sed cōtra arguitur. ꝙ ista consequentia nō est bona. sor. erit maior pla. igitur in aliquo instanti sor. erit magnus. ꝛ pro eodem plato erit magnus ꝛc. quia stat quod sor. erit maior platone quamuis nullum erit tempus vel instans vel alia mensura extrinseca sor. sicut existente maiore platone. ¶ Itē tertio non sequitur sor est maior ꝙ̄. a. posito ꝙ. a. sit sua medietas igitur. a. medietas non est ita magna sicut ē sor. quia. a. medietas est ita magna sicut est sort. quia taliter magna sicut est sor. quia ipsa est possibiliter magna ꝛ finite magna qualiter ꝛ quante est sor. etiam ipsa est tanta quantus est sor. quia ipsa est aliquanta. ꝛ tantus est sor. igitur ipsa est tanta quantus est sor. consequentia patet. sicut sequitur. ego sum aliqualis ꝛ talis tu es. igitur ego sum talis qualis tu es. tales enim consequentie tenent sine confusione vel distributione. ꝛ probatur antecedens. quia sor. est tantus quanta est sua medietas. licet non sit equalis sue medietati. sicut sor. ē talis qualis est pla. in albedine licet non sit eque intense albus ꝛ bipedale est tantum quantum est pedale licet bipedale non sit eque magnum cu3 pedali. Similiter sequitur. a. medietas est finita quantus est sor. igitur. a. medietas est tanta quantus est sor. consequentia patet. ab inferiori ad suum superius sine impedimento. ¶ Item quarto. vna illarum quattuor exponentium infert expositam. ꝛ econtra. igitur alie sunt superflue. consequentia patet. ꝛ arguitur antecedens. quia sequitur plato. erit minor ꝙ̄ erit sor. igitur sortes erit maior ꝙ̄ erit plato. et econtra per suppositionem secundam. ¶ Item quinto sic. ex ista sort. est maior platone per pedale non sequitur quod sor. erit magnus per pedale. quia forte plato est minor ꝙ̄ pedale. ¶ Item sexto non sequitur sor. est albus ꝛ pla. incipit esse albus ꝛ pla. nō incipit esse ita albus sicut est sor. s3 incipit esse minus albus. igitur sor. est albior ꝙ̄ pla. incipit esse albus. quia ponatur ꝙ sor. sit albus ꝛ pla. incipiat esse albus ꝛ albe fieri per remotionem de presenti. tunc est totum antecedens verum. ꝛ consequens falsum. q:

ꝑ ꝯñs aliqua proportio denotať eſſe inter ſor tē ⁊ platonē ſm albedinē q̄ proportio nō eſt igitur illud ꝯñs eſt falſum.tꝫ ꝯña per tertiaꝫ ſuppoſitionē. ⁊ añs probatur.q꞉ ſi ſor.in aliqua proportione eſſet albior q̄ꝫ pla.incipit eē albus.iſta proportio eſſet extremi maioriſ ad minus.ſed nullū extremū minus eſt ibi.igiť ⁊c̄.Et ꝑ idē arguiť in eodē caſu ꝙ nō in infinitā ſor.eſt albior.q̄ꝫ pla.incipit eē albus.Et etiā ſequitur ꝙ nihil velocius incipit moueri q̄ꝫ ipſummet incipit moueri incipiente ipo a nō gradu moueri nec ſor.icipit eē albior q̄ꝫ pla. incipit eē albuſ.poſito ꝙ vterqꝫ incipiat a nō gradu eē albus.⁊ eque velociter intendatur cū alio. ¶ Itē ſeptimo nō ſeqtur.a.cito tāget b.⁊ cito tāget.c.⁊ nō eque cito tanget.c.ſicut tāget.b.ſed tardius.igiť.a.citius tāget.b.q̄ꝫ c.Et tñ hic arguiť ꝑ modū exponēdi iā poſitū.igitur ille modus nō eſt bonus.pꝫ ꝯña ⁊ probať añs ponendo ꝙ.a.ſit ſpericuꝫ qđ dꝫ moueri ſuꝑ plano incipiendo a partibus minoribꝰ ⁊ ponatur ꝙ.b.ſit nomē cōmune partibus paribus plani.⁊.c.nomen cōmune partibus imparibus eiuſdem plani.tunc eſt illud añs verū pro tribus primis partibꝰ ⁊ pro vltima parte etiam pꝫ.ponatur enim enim toto caſu ꝙ.a.vltimo remanebit ſuper prima parte proportionali.⁊ tunc pꝫ ꝙ tardius tanget.c.q̄ꝫ.b.conſequens tñ illius prime conſequentie eſt impoſſibile.q꞉ imediate poſt hoc tanget.c.⁊ etiam tanget.b.ſi enim prius tangēt.b.q̄ꝫ.c.tunc aliqđ eſſet primuꝫ c.tactum conſequens impoſſibile.q꞉ tūc aliq̄ foret vltima ꝑs ꝑportionalis plani ſic diuiſi.

Ad primum igitur iſtorum dicitur admiſſo caſu negando ꝙ ſortes.erit maior q̄ꝫ erit plato.⁊ negatur illud argumētum ſortes.erit quadripedalis.⁊ plato nunq̄ꝫ erit quadrupedalis.ſed ſolum pedalis vľ bipedalis.igitur ſortes erit maior q̄ꝫ erit pla. q꞉ tunc ſequitur ꝙ pla.erit minor q̄ꝫ erit ſor. quod repugnat caſui ibidē poſito.igitur ⁊c̄. ¶ Ad ſecundum dicitur concedendo iſtā cōſequentiam.ſor.erit maior pla.igitur ſor.erit magnus.⁊ pla.erit magnus.⁊ pla.non erit eque magnus ſicut erit ſor.ſed minor.Et admittatur caſus ille.⁊ negatur iſta conſequentia ſor.erit duplus ad pla.igitur ſor.erit maior plato.ſicut etiaꝫ non ſequitur.ſor.erit duplus ad pla.igitur ſor.erit maior q̄ꝫ erit pla. q꞉ ille conuertuntur.ſor.erit maior pla.⁊ ſor. erit maior q̄ꝫ erit pla.q꞉ in iſtis terminis lꝫ reſoluere ablatiuū in nominatiuum cum q̄ꝫ vt patet ex grammatica.immo comparatiuus gradus non diſtribuit niſi quia includit aduerbiuꝫ comparandi.puta ly q̄ꝫ.ideo ponēs differentiam inter iſtas quo ad veritatem vľ falſitatem videtur fundamēto carere. ¶ Ad tertiam formam dicitur illaꝫ negando.neqꝫ ſic exponitur iſta ſor.eſt maior q̄ꝫ.a.ſicut ibi infertur.ſed debet capi tertia exponens ſic.a non eſt taꝫ magnuꝫ q̄ꝫ magnus eſt ſor.quod verū eſt in tali caſu.quelibet enim pars quantitatiua ſor.eſt ita magna ſicut ſor.licet nō ſit tam magna q̄ꝫ ſor. ¶ Ad quartaꝫ dicitur ꝙ licet iſta ſe inferant ſor.eſt maior pla.⁊ pla.ē minor ſor.tamen pro maiori declaratiōe gradus comparatiui ille alie exponentes addun tur.neqꝫ eſt inconueniens ꝙ in terminis relatiuis vnus terminus per alium exponatur. ⁊ declaretur vt ſpecies declaratur per genꝰ ⁊ genus per ſpeciem.cum dicant antiqui ꝙ ſpecies eſt que ſupponitur generi.⁊ genuſ ē cui ſupponitur ſpecies. ¶ Ad quintam dicitur ꝙ iſta.ſortes eſt maior pla.per pedale ⁊ conſimilis ſufficienter exponi poteſt per vnā talem ſor.excedit platonem per pedale.igitur ſor.eſt maior plato.per pedale.neqꝫ oportet addere iſtas ſortes eſt magnus ⁊ plato ē magnus propter maiorem declarationeꝫ habendam.cum iſta ſit ſatis clara de ſe.Sed đ futuro ſic exponi debet.ſor.erit maior plato. per pedale ſor.quanlibet quantitatem quam habebit plato erit aptus excedere per pedale ſm quantitatem quam habebit ipſe ſorteſ abſqꝫ aliq̄ augmentatiōe ſortis. ¶ Ad ſextū dicitur negando iſtam conſequentiam ſortes eſt albus.⁊ plato incipit eſſe albus ⁊ plato. non incipit eſſe tam albus q̄ꝫ eſt ſortes.ſꝫ minus albus.igitur ſor.eſt albior quam plato. incipit eſſe albus.quia ex conſequente ſequitur ꝙ in aliqua proportione ſor. eſt albior q̄ꝫ pla.incipit eſſe albus.quod falſum eſt in iſto caſu.⁊ ſicut negatur iſta.ita generaliter dicitur.ꝙ ſi aliquid incipit moueri a non gradu intendendo motum ſuum quod ipſum non incipit velocius moueri quam ipſum

incipit moueri.q: nullum tale aliqualiter ve/
lociter.nec tarde incipit moueri.⁊ ita dicitur
si aliquid incipiat esse album a non gradu eē
albi vel calidi vel sicci.⁊ sic de aliis.¶ Ad se/
ptimum dicitur ꝙ ista est resolubilis.a.prius
tanget.b.q̄3.c.⁊ non exponibilis ratione isti/
us termini prius.sic arguendo. tunc.a. tāget
b.⁊ tunc erit prius q̄3 tanget.c.igitur ⁊c. sed
minor est falsa.siue demonstretur instans si/
ne tp̄s.¶ Item contra illum modū exponē/
di positum arguitur ꝙ nō sequitur sor. cur/
rit velociter.⁊ nullus asinus currit velociter
⁊ nullus asinus currit tā3 velociter q̄3 veloci
ter currit sor.sed aliquis asinus currit minus
velocit̄ q̄3 sor.igit̄ sor.currit veloci⁹ asino.an
tecedens est verū ⁊ cōsequens falsum posito
ꝙ sor.currat.⁊ asinus currat.⁊ asinus cur/
rat nō tā velociter currit sor.⁊ quiescat aliqs
asinus.puta.b.⁊ patet ꝙ antecedens istius
consequentie est verum.⁊ ꝯn̄s falsum.q: se/
quitur.sor.currit velocius asino ⁊.b.est asi/
nus.igitur sor.currit velocius.b.consequens
est falsum.⁊ tenet ꝯsequentia a superiori di/
stributo cum debita constantia ad suum infe
rius.Ideo forte dicitur concedendo ꝙ petit
argumentum.s.ꝙ ista est falsa.¶ Sed cōtra
per idem tales forent false sor.erit maior q̄3
aliquādo erit pla.posito ꝙ sor.erit tripedalis
⁊ pla.pedalis solum ⁊ non maior.q: si sor.
erit maior q̄3 aliunde erit pla.⁊ tunc erit aliū
de demonstrando instans.in quo neuter eoꝝ
erit.igitur sor.erit maior q̄3 plato erit tunc cō
sequens est falsum ⁊ cōsequentia tenet ex re
sponsitione.ꝙ tn̄ ista sit vera sor.erit maior q̄3
aliunde erit plato.patet per modum exponē
di superius positum.Item non sequitur.a.ē
maius.b.igitur.b.est minus.a.patet. sit eni3
a vniuersu3.⁊.b.sit medietas,⁊ patet ꝙ a sit
maius.b.⁊ tamen.b.non est minus.a.q: nō
est paruum.q: paruum dicitur respectu ma
ioris.sed nihil est maius q̄3.a.igitur.a. nō est
paruum.Ideo forte dicitur negando istā cō
sequētiam.a.est maius.b.igit̄.b.est minus.a
q: nihil est minus.a.Sed contra ab.a.ad.b.
est proportio maioris inequalitatis.sed om/
nis proportio maioris inequalitatis est habi
udo maioris ad minus.vt patet ex diffinitio
ne proportionis maioris inequalitatis.igitur
b.est minus.a.Item.a.est simpliciter finitu3
⁊ omne simpliciter finitum est magnum ⁊ p
uum.igitur ⁊c.¶ Ideo dicitur ad primu3 ꝙ
propositio in qua ponitur comparatiuus gra
dus ratione talis cōparatiui gradus.vt gra/
tia exempli ista sor.erit maior q̄3 erit pla.ge/
neraliter sic habet exponi sor.erit magnus.⁊
plato.erit magnus ⁊ pla.non erit ta3 magn⁹
q̄3 erit sor.sed plato.erit minor.q̄3 erit sor.ita
ꝙ in tertia exponente sumantur aduerbia cō
parādi.⁊ non similitudinis qualitatis vel q̄3
titatis.potest etiam quarta exponens aliter su
mi sic sor.⁊ plato.erunt comparabiles scd̄m
quatitatem.¶ Ad aliud argumentum dicit̄
negando istam consequētiam sor.currit velo
cius asino.sed.b.est asinus.igitur currit sor/
tes velocius.b.sed debet sumi constantia sic
b.est asinus currens.⁊ causa est.quia ibi de
notatur esse comparationem currētis ad cur
rens.¶ Ad aliquod dicitur negando ista3 cō
sequentia3.a.est maius.b.igitur.b.est minus
a.⁊ conceditur ꝙ.a.est paruum.⁊ non dicit̄
paruum respectu maioris.sed dicitur paruū
respectu minus parui.aut magis parui.q̄3uis
s̄m veritatem.iste terminus paruū nō oppo
natur relatiue.isti termino magnum.sed pri
uatiue.sicut intensum ⁊ remissum.⁊ stat in
tensum esse absq3 hoc ꝙ remissum sit.q: ni
hil est intensum nisi subiectū ⁊c.

¶ De expositione gradus superlatiui.

a Ccipiatur ex gram/
matica ꝙ
superlatiuus gradus significat p
modum vt quorum est aliquid
Ex quo patet ꝙ ista est impossi
bilis.sortes est fortissimus illoru3 demonstrā
do platonem ⁊ ciceronem.quia ista significat
ꝙ sor.est aliquis istoru3.⁊ est fortissimus eo
rundem.Patet vltra istam consequentiam
non valere.sortes est fortis.⁊ isti sunt fortes
demōstrato platone ⁊ cicerone.⁊ nullus isto
rum est tam fortis sicut sor.seu nullus istoru3
est fortior sorte.sed minus fortis.q̄3 sor.igitur
sortes est fortissimus istorum.quia ex conse/
quente sequitur ꝙ sor.est aliquis istorum.
¶ Item secundo accipitur ꝙ omnis propo/
sitio per quam denotatur esse superlatio que
non est falsa.Ex quo pat3 ꝙ ista est falsa sor.
est fortissimus illorum.demonstratis sorte ⁊
platone eque fortibus.quia per istam deno/

tur esse superlatio.siue excessus inter sortē ⁊
platonē q̄ nõ est ideo ista ꝓpositio falsa.Vñ
ſm veritatē ex ꝓpõne de superlatiuo sequit̃
aliqua de comparatiuo. vt sic .arguendo.soꝛ
tes est fortissimus illoꝛum.igr̃ aliquo illoꝛum
soꝛ.est foꝛtioꝛ.sed non sequit̃.igitur quolibet
illoꝛum est foꝛtioꝛ.Ex eodem pꝫ istam con/
sequentiam non valere.soꝛ.est foꝛtissimus il/
loꝛum.igitur nullus illoꝝ est eque foꝛtis cum
soꝛ.sed sequitur oppositum.igitur aliquis il/
loꝝ est tam foꝛtis q̄ꝫ est soꝛ.qꝛ omnium quo
rum soꝛ.est foꝛtissimus soꝛ.est vnus. ¶Patet
vlterius ex secunda suppositione hoc argu/
mentum nõ valere.soꝛ.qui est aliquis istoꝛũ
est foꝛtis.⁊ isti soꝛtes demõstratis pla.⁊ soꝛ.
eque foꝛtibus ⁊ cicerone minus foꝛti.⁊ null⁹
istoꝛum est foꝛtioꝛ soꝛ.sed aliquis minus foꝛ/
tis.igitur soꝛ.est foꝛtissimus istoꝛuꝫ. Ideo di
citur ꝙ ista.soꝛtes.est foꝛtissimus istoꝛum. sic
exponitur.soꝛtes qui est aliquis istoꝛũ est foꝛ
tis.⁊ isti sunt foꝛtes ⁊ quilibet istoꝝ nõ soꝛtes
est minus foꝛtis q̄ꝫ soꝛtes.igitur soꝛ.est foꝛtissi
mus istoꝛuꝫ.Ex quo sequitur ꝙ ista ꝯña nõ
valet.soꝛ.est foꝛtissimus hoīum ⁊ soꝛ.est ho/
mo.igitur soꝛtes.est foꝛtioꝛ soꝛte.neq̄ꝫ etiã se
quitur soꝛtes est foꝛtissimus hominum.⁊ isti
sunt homines foꝛtes demõstratis platone ⁊
cicerone. igit̃ soꝛtes est foꝛtissimus istoꝛuꝫ q̄ꝫ
nis ibi arguatur a superioꝛi distributo ad su/
um inferius.qꝛ si debet valere ꝯña.oꝫ sume/
re constantiam sic.isti sunt hoīes foꝛtes.quo/
rum aliquis est soꝛ.pꝫ vltra tales non foꝛe cõ
gruas.sꝫ impossibiles.soꝛ. est foꝛtissimus asi
noꝛum.leo est foꝛtissimus lincum.sicut ⁊ hec
soꝛ.est foꝛtissimus cice.⁊ plato.seu soꝛ. est foꝛ
tissimus istoꝝ.demõstratis platõe ⁊ cicerõe

Sed forte arguitur contra illum modũ
exponendi.qꝛ isto dato seqtur ꝙ
soꝛ.est pꝛimus istoꝝ ⁊ tñ soꝛ.est vltimus isto
rum demonstratis eisdem.ꝯñs est falsum ⁊
arguit̃ ꝯña.ponat̃ enĩꝫ ꝙ soꝛ.currat ⁊ plato
post eum currat.⁊ cicero post eum currat.⁊
sequitur tũc ꝙ soꝛ.est pꝛimus istoꝛum.Et ꝙ
sit vltimus istoꝝ arguitur sic.qꝛ soꝛ.istoꝝ est
vltra.⁊ isti sunt vltra.⁊ nullus istoꝛum ꝑter
soꝛtem est tam vltra q̄ꝫ soꝛ.sed aliquis citeri/
oꝛ.igitur soꝛ.est vltimus illoꝛum.tenet ꝯña ꝑ
modum exponendi positum.ꝯñs tamen est
falsum.qꝛ sequitur.soꝛ.est vltimus istoꝛũ igi
tur soꝛ.est postremus illoꝛum ꝯñs est falsum
⁊ repugnat casui.¶Ex isto sequitur vltra ꝙ
soꝛ.est vltimus qui currit añ quēꝫ nullus cur
rit.¶Itē scdo seqtur ꝙ.a.est maximũ istoꝝ
quod nõ est maximum istoꝝ demonstratis
tribus inequalibus in q̄ꝫtitate quoꝝ.a. sit me
dium.qꝛ.a.est magnum istoꝝ ꝙ nõ est ma/
ximum istoꝝ.⁊ ista sunt magna ⁊ nulluꝫ illo
ruꝫ pꝛeter.a.est tam magnuꝫ q̄ꝫ.a.qd̃ nõ est
maximũ istoꝝ.sed aliquod est minus. igitur
⁊c.¶Sed ꝙ illud ꝯñs sit falsuꝫ arguit̃. qꝛ i
illa.a.est maximum illoꝛum.ꝙ nõ est maxi/
mũ illoꝝ .vel ly qd̃ refert̃ ad ly a tam in ex/
ponēte q̄ꝫ in exposita.⁊ pꝫ ꝙ illa est falsa sic
referendo. vel refert̃ ad ly maximũ in exposi
ta.⁊ in exponente ad ly magnuꝫ ⁊ sic adhuc
illa est falsa.qꝛ nõ sufficiunt ille tres exponen
tes.sed oꝫ addere quartam vl'em.aliter foꝛet
verum ꝙ soꝛ.foꝛet maximus illoꝝ demõstra
tis soꝛ.⁊ platone ⁊ vno infinito posito ꝙ sit
soꝛ.maioꝛ platone.qꝛ soꝛ.istoꝝ est magnus ⁊
isti sunt magni.⁊ nullus istoꝝ pꝛeter soꝛ . est
tam magnus q̄ꝫ soꝛ.sed aliquis minoꝛ. igitur
⁊c.ꝯñs tñ est impossibile.qꝛ sequit̃ soꝛ.ē ma
ximus illoꝛum.igitur soꝛ.quolibet illoꝛũ alio
a se est maioꝛ.¶Item tertio seqtur ꝙ nõ est
possibile aliquod esse pꝛimũ instans esse soꝛ.
aut platonis.nec ꝙ alicuius rei possit esse pꝛi/
mum instans.aut vltimum.qꝛ sequit̃ hoc est
pꝛimũ instans.igitur hoc est pꝛimuꝫ instans
aliquoꝝ instantium.sicut seqtur.iste est ꝑmus
homo.igitur iste est pꝛimus homo aliquoꝛũ
hoīum.¶Item sequit̃.hoc est pꝛimũ instãs
igitur.aliqd̃ instans est posterius isto ꝯña pꝫ
qꝛ ly pꝛimus est terminus relatiuus.¶Item
quarto isto dato seqtur ꝙ potentia poꝛtatiua
soꝛ.in aliquo casu.nõ est terminata per maxi
mum qd̃ sic.nec per minimum qd̃ nõ . ꝯñs
est falsum ⁊ ꝓbat̃ ꝯña. qꝛ si potentia soꝛtis
sit terminata ponat̃ gr̃a argumēti ꝙ aliquod
sit minimũ pondus ꝙ soꝛ.nõ sufficit poꝛtare
⁊ ꝙ multa sint equalia sibi sicut sequit̃.qꝛ bñ
sequitur.a.est minimũ pondus ꝙ soꝛ.nõ suf
ficit poꝛtare.igit̃.a.est minimũ eoꝛundē pon
derum que soꝛ.nõ sufficit poꝛtare.⁊ sequitur
vltra ꝙ multa sunt equalia a quoꝛum nulluꝫ
sufficit poꝛtare.Ex quo sequit̃ ꝙ.a.nõ ē mi/
nimũ illoꝝ que soꝛ.nõ sufficit poꝛtare.qꝛ ex il
lo sequitur ꝙ.a.est ꝑmum illoꝝ.que soꝛ. non

sufficit portare. ⁊ ista q̄ sor. nō sufficit portare sūt parua ⁊ nullū illoꝝ q̄ sor. nō sufficit portare. p̄ter. a. est tam puum q̄ꝫ. a. sed quodlibꝫ illorum aliud ab. a. est maius q̄ꝫ. a. sed ꝯn̄s ꝓ tertia pte est falsum. ¶ Item sequit̄. a. est minimum quod sor. non sufficit portare. igitur a. est minimū illoꝝ que sor. nō sufficit portare ꝯn̄s est falsum posito ꝙ nō sit aliqđ pondus maius. neqꝫ equale. a. nisi. a. ¶ Itē qnto seqtur ꝙ nullum est genus generalissimum. q2 si ille terminus suba est genus generalissimum seqtur ꝙ quodlibet genus aliud ab illo sit minus generale q̄ꝫ iste terminus suba ꝯn̄s est falsum. ¶ Itē illo dato seqtur sexto ꝙ pōt esse ꝙ sor. sit fortissimus hoīum existentibus multis hoībus quoꝝ vnus sit sor. ꝯn̄s falsuꝫ. q2 seqtur sor. est fortissimus hoīum. igit̄ quorūlibet hoīuꝫ sor. est fortissimus. pꝫ ꝯn̄a ⁊ seqtur vltra. quorūlibet hoīum sor. est fortissimus. sed isti sunt hoīes demōstrato platone ⁊ cicerone. igit̄ istoꝝ sor. est fortissimus. ꝯn̄s falsum ⁊ impossibile. igit̄ ⁊c. ¶ Itē septimo ista expōne data seqtur. q2 hoc argumentuꝫ esset bonum. b. erit p̄mū instans esse sor. ꝙ erit p̄mū instans esse platonis. igit̄ in. b. instanti sor. ⁊ plato. incipiēt esse. pꝫ ꝯn̄a. ⁊ arguitur ꝙ ꝯn̄s sit falsum. q2 in casu an̄s illius ꝯn̄e est veruꝫ. ⁊ ꝯn̄s falsuꝫ ponat̄. n. ꝙ sor. iam sit ⁊ erit cū platone. cui⁹ platonis. b. erit p̄mū istās ⁊ pꝫ ꝙ. b. erit p̄mū instās eē sor. ꝙ erit p̄mū instans esse platonis. q2. b. erit instans esse sor. qđ erit primum instans esse platonis. ⁊ nullum erit instans prius. b. qđ erit instans esse sor. ꝙ erit p̄mū instans esse platonis. igitur. b. erit p̄mū instans esse sor. ꝙ erit primum instans esse platonis. ⁊ ꝯn̄s illius prime ꝯn̄tie est falsuꝫ. s. ꝙ in eodē instāti in quo sor. incipiet esse plato. incipiet esse tenendo ly indiuisiue. vt pono.

Sed ad p̄mū illoꝝ dicit̄ ꝙ accipiēdo istos terminos primū ⁊ vltimuꝫ ꝓut denotant ordinē. nihil est primum nec vltimum. nisi in relatione ad aliquē ordinem vn̄ sor. ꝯm vnū ordineꝫ in casu posito est primus. ⁊ ꝯm aliū ordinē ipse nō est primus. sꝫ in casu illo dicitur ꝙ sor. est primus ꝯm illuꝫ ordinē. ⁊ etiā vltimus ꝯm eundē ordineꝫ. ⁊ non valet ꝯn̄a ista. sor. est vltimus ꝯm illum ordinē. igit̄ est postremus ꝯm istuꝫ ordinem q2 ista sor. est vltimus illorū ꝯm istum ordinē. nō plus significat. nisi ꝙ sor. ē maxime vltra inter istos versus istam dr̄iaꝫ positionis versus quā mouetur. sed nihil est primū aut vltimuꝫ simpliciter. sed in relatiōe ad aliquē ordinē. neqꝫ valet ꝯsequentia. ista sor. est primus ꝯm illū ordinem. igitur sor. est primus illoruꝫ. aliter sequitur ꝙ quilibet illorū est p̄mus ⁊ vltimus illorū ⁊ sic eēnt plura quoꝝ quodlibet esset primuꝫ illorum. Et per hoc etiā dicitur concedendo istam proposionem ꝙ sor. est vltimus qui currit. ante quē nullus currit. ex illa autē non sequitur ꝙ sor. est simpliciter vltimus illorum. ¶ Ad secundaꝫ formam dicitur concedendo ꝙ hec est impossibilis. a. est maximū illorū quod non est maximuꝫ illorū. q2 si. a. est maximū illoꝝ qđ nō est maximuꝫ illoꝝ. vel hoc eēt. q2. a. esset maximū illoruꝫ ꝙ maximū illoꝝ non est maximuꝫ illorū. ⁊ hoc non quia cū nulluꝫ illoruꝫ est maximū illorum nisi. b. igitur. a. est. b.

¶ Item vna exponens illius est falsa sic exponendo ⁊ referendo. ideo illa est falsa. Uel si illa esset vera. hoc esset sic referendo. a. est maximuꝫ illorū ꝙ. a. non est maximum illorum. quod est impossibile. Et per hoc respōdetur ad aliam propositionem sibi consimilem cū assumitur. b. erit primuꝫ instans esse sor. quod erit primuꝫ instans esse platonis. qualitercunqꝫ. enim referat ly ꝙ vna eius exponens est falsa. ideo illa ꝯn̄a est bona. aliqđ erit primū instans esse sor. quod erit primuꝫ instans esse platonis. igitur quando plato incipiet esse sor. incipiet esse. Et similiter dicitur ad tales propositiones hoc est primum instans esse sor. quod est vltimum instans esse platonis. quia de virtute sermonis omnes tales sunt impossibiles. quia in omnibus talibus est supplendus genitiuus. quia si hoc est primum instans. hoc est aliquorum instātium primum instans philosophi tamen nō tantam habentes sollicitudinem. de vocalib⁹ p̄nunt tales propositiones. hoc est primum instans esse sortes. pro talibus copulatiuis hoc est instans esse sortes. ⁊ non immediate ante hoc instans fuit sor. in istanti priori. que copulatiua ꝯm veritatatem nō conuertit̄ cū illa. Unde apud eos ad hoc ꝙ hoc sit primū instans esse sortes. sufficit ꝙ in hoc instanti

for.incipiat esse.sed s̄m rei veritatem illa co
pulatiua nõ conuertit᷑ cũ illa.hoc est primuz
instans esse sor. ¶ Cõsimiliter dr̄ ad tales ꝓ
positiones.hoc est minimũ qd̄ sor.nõ suffi-
cit portare.q: quelibet talis significat.hoc est
minimũ qd̄ sor.nõ sufficit portare ꝙ hoc est
minimum illorum ponderum.que sor.non
sufficit portare.Et ex illo sequitur ꝙ multa
sunt pondera equalia huic.quod ponitur eē
minimum quod sor.non sufficit portare quo
rum tñ ponderum nullum sor.sufficit porta
re.Jõ s̄m veritatē nullum est minimũ põ-
dus.qd̄ sor.nõ sufficit portare i casu illo.Ex
illo tñ non sequitur ꝙ potentia sor.non ter-
minet᷑.q̄uis eius terminatio nõ sit exprimē
da ꝑ tales terminos maximũ.⁊ minimum
philosophi.tñ magis rebus q̄ꝫ terminis in-
tẽdentes.q: sunt artifices reales.exprimunt
terminos potentiaꝝ iclusiuos vel exclusiuos
ꝑ tales terminos maximũ ⁊ minimũ.intelli
gẽtes ꝑ tales propositiones.hoc est minimũ
ꝙ sor.nõ sufficit portare tantũ quantum per
illam copulatiuã.hoc est magnũ qd̄ sor.non
sufficit portare.nec aliqd̄ maius.sꝫ quocũqꝫ
minori dato dat᷑ maius qd̄ sor.sufficit porta
re.sed s̄m veritatē illa copulatiua nõ conuer
titur cũ illa exponenda.imo illa exponenda
nõ potuit sor.esse.qd̄ tñ sequitur ex illa copu
latiua.sicut ista.hoc est minimũ qd̄ chyme-
ra nõ põt portare.nõ potuit chymeraꝫ esse.
Sed tractantes possessiones terminoꝝ ⁊ ꝓ-
prietates.sicut fecerunt rõnales philosophi
habẽt exquisite terminoꝝ ꝓprietates demõ
strare.frequenter tñ ad aliud intendẽtes ipi
ponunt terminos improprie.vbi argumẽta
aut materia de qua est sermo nõ petant illaꝫ
difficultatē.Et ꝑ hoc dicitur ad aliud ꝙ illa
est falsa de v̄tute sermonis.ille terminus sub
stantia est genus generalissimũ existentibus
decē generibus decem predicamentoꝝ.sed
per tales propositiones decē sunt generalissi
ma intelligunt ꝙ decē sunt genera quorum
qrodlibet est generalissimũ in sua coordina
tione predicamentali.qd̄ etiã vtrũ sit verum
infra videbitur. ¶ Ad aliud dr̄ ꝙ stat sor.eē
fortissimũ hoium multis alijs hoibus ab co
existentibus.⁊ negat᷑ illa ꝯña sor.est fortissi-
mus hoium.igitur quorũlibet hoium sor.ē
fortissimus.imo neqꝫ de cõparatiuo valet ta

lis ꝯña.q: non sequit᷑ sor.currit velocius aĩ
no.igitur quolibet asino sor.currit velocius
neqꝫ sequtur.sor.erit maior q̄ꝫ erit plato.in ali
quo tpe.igitur sor.in quolibet tpe erit maior
q̄ꝫ erit plato.igitur ⁊c̄.

¶ De probatione illius termini icipit.

Incipit solet sic exponi.
sor.in instãti qd̄
est presens est.⁊ nõ immediate
ante instans qd̄ est pñs fuit.vel
sor.in instanti qd̄ est pñs nõ est
⁊ imediate post instans qd̄ est pñs erit.igit᷑
sor.incipit esse.sed hec ꝯña nõ valet.q: in pri
mo esse mundi fuit vera vel saltē fuisset ve-
ra illa disiunctiua.ille deus est in instanti qd̄
est pñs.⁊ nõ imediate añ instans qd̄ est pñs
ille deus fuit vel in instanti qd̄ est pñs ille de
us nõ est.⁊ imediate post instans qd̄ ē pñs
deus erit.⁊ ex illo nõ sequebat᷑ vel nõ secu
tum fuisset hoc ipossibile.hoc.s.deus incipit
esse.⁊ ꝙ illa disiunctiua sit vera.patꝫ.q: eius
prima copulatiua est vera in illo casu.qd̄ pꝫ
q: prima pars de se manifesta est.⁊ contra-
dictoriũ secunde partis illius copulatiue est
falsum.s.imediate añ instans qd̄ est pñs ille
deus fuit.q: sequit᷑ imediate ante instans qd̄
est pñs.ille deus fuit.igitur aliqñ ante instãs
qd̄ est pñs ille deus fuit.ex quo sequit᷑ vltra
ꝙ ante instãs qd̄ est pñs in aliquo instanti vl᷑
tpe deus fuit.ꝯña pꝫ.q: ibi ille terminus ali
qñ est aduerbiũ tpis.Ex quo pꝫ vltra istam
ꝯñam nõ valere.in hoc instanti tu nõ curris
⁊ imediate post hoc instans tu curres.vel in
hoc instanti tu curris.⁊ nõ imediate añ hoc
instans currebas.igitur in hoc instãti tu inci-
pis currere.pꝫ q: demonstrãdo instãs i quo
tu curres ⁊ nõ incipis.⁊ post qd̄ curres aut
demõstrando diuersa instantia.sequitur ꝙ
añs ē veꝝ.⁊ ꝯñs falsum.Jdeo dicitur ꝙ il-
le dictiones incipit ⁊ desinit.⁊ huiusmodi nõ
hñt exponi.sed habent cãs veritatis.ille tãtũ
cãe veritatis iã dicte nõ sufficiunt.sed ad infe
rendũ illã sor.incipit esse.oꝫ sic arguere.in in
stanti qd̄ est pñs sor.est.⁊ nõ imediate ante
instans qd̄ est pñs sor.in aliquo instanti fuit
⁊ imediate ante instans qd̄ ē pñs tp̄s fuit.igi
tur sor.incipit ⁊c̄.vel sic in instanti qd̄ est pñs
sor.nõ est.⁊ imediate post instans qd̄ ē pñs
in aliquo instanti sor.erit ⁊ imediate post in

ſtans qđ eſt pñs tp̄s erit. igit̄ ꝛ c̄. ¶ Pōt. ēt
illa ſoꝛ. incipit eſſe habere aliā cām veritatis
ꝗꝫ ſit aliqua iſtaꝝ. vnde bene ſequitur ſoꝛ. eſt
ꝛ nō fuit. igit̄ ſoꝛ. incipit eſſe ſed nō valet cō
ſequētia econtra ab illa ad aliquā illaꝝ cāruꝫ
ꝛ ideo ly incipit nō eſt dictio exponibilis. qa
ab expoſita ad qualibet ſuaꝝ exponentiuꝫ. ꝛ
etiā ab expoſita ad oēs ſuas exponentes ſimul̄
ſumptas dꝫ eſſe formale argumentū. quoꝝ
nullū eſt verum de ly incipit. ꝛ de illa diſiun
ctiua iā dicta. vnde nō valet illud argumen/
tū. ſoꝛ. incipit eſſe igit̄ i inſtāti qđ eſt pñs ſoꝛ.
eſt ꝛ nō imediate ante inſtās qđ eſt pñs ſoꝛ.
in aliquo inſtanti fuit. ꝛ imediate ante inſtās
quod eſt pñs fuit tp̄s. Nec etiā ſequitur. ſoꝛ.
incipit eſſe. ergo in inſtāti qđ eſt preſens. ſoꝛ.
eſt ꝛ nō imediate ante inſtāſ qđ eſt pñs. ſoꝛ.
in aliquo inſtāti fuit. ꝛ imediate ante inſtans
qđ eſt pñs fuit tp̄s vel ſoꝛ. in iſtāti qđ eſt pre
ſens nō eſt. ꝛ imediate poſt inſtās qđ eſt pre
ſens erit in aliquo inſtāti. ꝛ immediate poſt
inſtans qđ eſt pñs tp̄s erit. ſtat enim rem ali
quā incipere eſſe ꝛ nō eē tp̄s. vel inſtans. ꝛ
etiā ſtat ymaginari rē aliquaꝫ incipere eſſe ꝛ
pro tunc nō eſſe euum vel tp̄s. aut etiā eter/
nitatē. nec imediate ante hoc fuiſſe. neqꝫ ime
diate poſt hoc foꝛe de ymaginatione igit̄ iſta
conſequentia nō eſt formalis. ꝛ ꝑ conſequēs
ille non ſunt ſufficientes exponentes illius ꝓ
poſitionis. ſoꝛ. incipit eē. qꝛ ab expoſita ad ex
ponentes ſimul vel partialiter ſumptas ē foꝛ
male argumētū. Aliquādo autē ly incipit nō
hꝫ illas cās veritatis per poſitionem de pre
ſenti ꝛ remotionem de preterito. vel per re/
motionem de preſenti. ꝛ poſitionem de fu/
turo. ſed aliqñ hꝫ eaſdē cauſas veritatiſ quaſ
ly deſinit. qꝛ ille conuertunt̄ ſoꝛ. incipit nō eē
ꝛ ſoꝛ. deſinit eſſe. Similiter hec. ſoꝛ. incipit fu
iſſe habet cauſas veritatis per negationem đ
pñti ꝛ poſitionem de preterito vel đ futuro.

Sed contra

illum modum ar
guendi foꝛte argū
itur. qꝛ illo dato ſequitur ꝙ non eſſet poſſibi/
le ꝙ ſoꝛ. inciperet ꝑtranſire aliquam partem
alicuius ſpacij. vel deſineret pertrāſire. qa nō
immediate poſt datū inſtans pertranſibit ali
quam partem alicuius ſpacij in aliquo inſtā
ti nec pertranſire pōt. Similiter de preteri/
to ſuo modo probetur. ꝯñs tñ eſt falſum. qꝛ
per idem ſequeretur ꝙ non eſſet poſſibile ꝙ
ſoꝛ. inciperet moueri aut deſineret moueri.
Igitur illo dato ſequitur ꝙ vniuerſum inci
peret eē. ꝛ deſineret eſſe. qꝛ demōſtrato vni/
uerſo veꝝ eſt dicere ꝙ hoc eſt. ꝛ non imme/
diate ante inſtans qđ eſt preſens. hoc fuit in
aliquo inſtanti. ꝛ ſic de alijs. igitur hoc inci/
pit eſſe demonſtrato vniuerſo. ꝛ arguit̄ an/
tecedens. i. ꝙ nō immediate ante hoc fuit. qꝛ
inſtans qđ eſt preſens ꝛ multa alia ꝗ incipi/
unt eſſe non prius fuerunt. ꝛ conſimiliter eti
am ſuo modo deducit̄ ꝙ vniuerſum deſinit
eſſe. ꝛ ſemꝑ fuit ita ꝙ vniuerſum incipit eſſe
ꝛ deſinit eſſe. ¶ Itē tertio ſequitur ꝙ nullū
ſucceſſiuum pōt incipere eſſe. ꝛ qđ aliquid
incipit eſſe in ſeipſo. ꝛ deſinit eſſe in ſeipſo.

Ideo

ad primam formā dicitur ipaꝫ
negando. ꝛ dicitur ꝙ illa ꝛ ſimi
les ſoꝛ. incipit pertranſire aliqđ ſpaciū. hñt
cauſas veritatis ſuperius poſitas. ꝛ vltra il/
las habēt iſtas. ſoꝛ. ꝛ in inſtanti qđ eſt pñs ñ
pertranſit aliquod ſpaciū. ꝛ immediate poſt
inſtans qđ eſt preſens pertranſibit aliquod
ſpaciū. ꝛ immediate poſt inſtans qđ eſt pñs
tp̄s erit. ꝛ ſic etiā dicendum eſt ſuo modo de
hoc verbo deſinit. ¶ Ad ſecundū dicitur cō
cedendo ꝙ vniuerſum deſinit eſſe. capiendo
vniuerſum pro aggregato ex oībus que ſunt
in rerum natura. ꝛ ita capiēdo vniuerſuꝫ cō
ceditur etiam ꝙ vniuerſum incipit eſſe. ꝛ ali
quis mundus deſinit eſſe mūdus. n. illo mo
do non eſt ſubſtantia nec accñs. ſed aggrega
tū ex his. ¶ Ad vltimū dꝛ ꝯcedēdo vtrūqꝫ
licet. n. nullū ſucceſſiuū pōt incipere eſſe. pōt
tñ incipere eſſe aliqđ ſucceſſiuum vt infra pa
tebit. Secundum etiā conceditur ꝙ aliquid
in ſeipſo incipit eſſe. puta quodlibꝫ inſtans ꝛ
deſinit eſſe in ipſo. ¶ Itē ſequitur ꝙ ſoꝛ. inci/
piet eſſe homo poſt primū inſtans eſſe ſui. ꝛ
deſinet eſſe hō ante primū nō eē ſui. ¶ Item
ꝙ ſoꝛ. deſinit eē hō ante primū nō eſſe ſui ꝗ
nō deſinet eſſe. ¶ Itē ꝙ ſoꝛ. icipiet eſſe qñ nō
erit poſſibile ipſum incipere eē. ꝛ ſoꝛ. deſinet
eē aliqđ qñ nō erit poſſibile ipm deſinere eē
aliqđ ꝛ qñ ipe nō poterit deſinere eē. ꝛ qñ
nō erit poſſibile aliqđ deſinere eē. Et ſi aliqđ
incipiet moueri ipm incipiet moueri poſtqꝫ
mouebitur. ꝛ ſi aliquid incipiet moueri ipm
incipiet moueri qñ mouebitur. ꝛ etiā ſi aliqđ

icipiet moueri ip3 icipiet moueri qñ nõ mo uebit. Et ita etiã si aliqd desinet moueri ip3 desinet moueri ãteq3 desinet moueri. ⁊ si ali quod desinet moueri nõ ip3 desinet moueri qñ desinet moueri. sed desinet moueri qñ nõ desinet moueri. Et ille regule generales sunt respectu terminoꝝ respectu quoꝝ verifican tur illa verba per negationẽ de pñti. ⁊ etia3 dato ꝙ oẽs tales sint cathegorice. sor. desinet currrere anteq3 desinet currere. qd veꝝ est qa aduerbia tpis vel loci non faciunt proposi tiones ypotheticas. sicut infra ꝓbabitur.

Sed in hac materia incidit dubium vtru3 aliqd successiue produ cẽdũ aut ꝓducibile possit incipere ⁊c. ¶ Et arguitur ꝙ nõ. q: si sic ponat̃ igitur ꝙ a. sit quãtitas pedalis successiue ꝓducenda adeq̃te in b. hora vniformiter q̃ grã argumẽti in cipiet esse in. c. instanti. Et arguit̃ ꝙ a. quãti tas nõ incipiet esse in c. instãti. q: ante c. istãs a. quãtitas erit. q: ante c. instans hec quanti tas ꝓducet̃. ⁊ nõ prius ꝓducet̃ q̃3 erit ꝓdu cta. sed q̃3 cito erit ꝓducta tãcito erit. igit̃ ante c. instãs erit p3 cõseqnẽtia. ⁊ illud añs ꝓbat̃ s. ꝙ nõ prius ꝓducet̃ q̃3 erit producta. q: se quit̃ illa quantitas ꝓducitur ante. c. igit̃ qd ꝓducet̃ ante. c. erit hec quantitas tenet ꝯña a cõuersa ad suã ꝯuertentẽ. sed illa quãtitas nõ erit in. c. instãti. nec aliqs eius vt pono. igi tur illa quãtitas erit ante. c. p3 ꝯña. ⁊ ponat̃ minor. ponat̃. n. cũ toto casu ꝙ in. c. instãti ñ erit illa quãtitas. nec aliqd eius. vt ꝙ deus ani hilabit illã ⁊ p3 totũ. ¶ S3 forte huic dr̃ ꝙ il lud repugnat casui. s. ꝙ ipa producet̃ ante. c. instans reqritur enim vt forte dr̃ ad hoc ꝙ illa quantitas producet̃. ꝙ illa erit aliqñ ꝓdu cta postq̃3 desinerit esse iste motus ꝑ quẽ ꝓ ducetur. ¶ Sed contra illam responsionem arguitur sic. q: ponat̃ cũ illo pmo casu ꝙ qñ erit generata medietas illius quãtitatis gene rande. corrũpat̃ in tpe in quo generabit̃ ade quate secunda. Et p3 ꝙ. a. quãtitas ꝓducet̃ ante. c. instans. ⁊ tñ ipa nõ manebit in fine. igitur nõ reqritur quantitatẽ remanere in fi ne q̃3uis ipa acqrat̃. ¶ Itẽ ponatur ꝙ qñ ge nerabitur secũda ps proportionaliter corrũ pat̃ prima. ⁊ qñ generabitur tertia corrũpat̃ secũda. ⁊ sic vltra. Et p3 ꝙ. a. quãtitas ꝓdu cet̃ in. b. hora ante. c. instãs ⁊ ꝑ ꝯñs. a. quãti tas erit ⁊ nõ erit in. c. instanti. nec aliquid eius erit in. c. instanti. igitur. a. quantitas erit ante c. instans. ¶ Itẽ ponatur ꝙ sor. ⁊ plato sint eq̃les. s. bipedalis quantitatis. ⁊ augeat̃ vter q3 vniformiter in illa hora ita ꝙ vterq3 si ma neret in fine illius hore etiam vterq3 tripeda lis quantitatis. sed corrumpatur sor. i fine ho re remanente platone ⁊ arguitur ꝙ sor. erit tripedalis quãtitatis ante. c. instans q: illa to talis quantitas quam acquiret erit ante. c. in stans. qa illa augmentatio demonstrando ta lem motũ quo augebitur sor. adeq̃te i illa ho ra erit ante. c. instãs. ⁊ illa augmentatio erit illa quantitas. igitur illa quantitas erit ante c. instans. p3 consequentia ⁊ arguitur antece dens pro prima parte. qa sor. ⁊ plato ꝑ equa le tempus augebuntur eque velociter ⁊ vni formiter ⁊ aliquis erit maximus motus quo augebitur plato. igitur aliquis erit maximus motus quo augebit̃ sor. ¶ Itẽ contradictio est ꝙ sor. augebitur continue vniformiter ꝑ b. horã. ⁊ ꝙ. b. hora nõ erit equalis extẽsiue motui quo augebitur sor. ¶ S3 forte dr̃ ne gando illa3 minorẽ ibi assumptã. s. ꝙ ista aug mentatio erit illa quantitas. ¶ Sed contra ista quantitas erit illud ꝑ qd formaliter sor. augebitur. igitur ista quantitas erit augmẽta tio. p3 ꝯña sicut sequitur. hec albedo erit illud ꝑ quod formaliter alterabitur sor. igitur hec albedo erit alteratio q̃ sor. alterabit̃. ꝯña p3 qa alteratio ẽ actus alterabilis sm̃ ꝙ altera bile est. sicut augmentatio est actus augmen tabilis sm̃ ꝙ augmentabile est. ¶ Itẽ si aug mentatio nõ erit illa quantitas. sed aliquod accidens dispositiuũ. sequitur ꝙ illa augmẽ tatio erit ante. a. qa augmẽtatio illa nõ ꝓdu cetur nisi ante. a. igitur illa augmẽtatio tãcito erit producta q̃3 cito ipa producet̃. ⁊ q̃ rati one de. a. quãtitate sine augmentatione suc cessiue ꝓducenda hoc est veꝝ eadẽ rõne hoc est veꝝ de quolibet successiuo producendo. ¶ Itẽ ad principale arguitur sic. q: si aliqd successiue ꝓducendũ põt incipere eẽ. ponat̃ igitur ꝙ in. a. instanti antixps icipiet eẽ. ⁊ ar guitur ꝙ non. q: ante. a. instans antixps erit igitur in. a. instanti antixps nõ incipit eẽ. pa tet ꝯña ⁊ arguitur añs. qa tunc antixps erit demonstrando tps incipiens ad hoc instanti ⁊ terminatũ ad primũ nõ eẽ antixpi. ⁊ tunc

erit ante.a.instans igitur ante.a.instans anti-christus erit.pꝫ ꝯña ⁊ maior etiã.qa in hoc tpe antixp̃s erit.demõstrando illud tempus igitur tunc antixp̃s erit.⁊ minor nota est scilicet ꝙ tunc erit ante.a.instans qa hoc tp̃s erit ante.a.instans. nam omne tempus erit ita cito sicut erit aliq̃ eius ps vel instans eius intrinsecũ ideo ⁊c̃.¶ Et omne tp̃s ita cito fuit sicut aliqua eius ps ⁊ tã tarde. Quod si conceditur arguitur tunc ꝙ in quolibet instanti illius hore tu incepisti eẽ qa in medio instanti hore qd̃ fuit.c.tu incepisti eẽ.ponat̃ ꝙ ꝑ totam illam horam fueris. arguit̃ tamen ꝙ in c.instanti tu incepisti eẽ.qa in.c.instanti fuisti ⁊ nõ imediate ante.c.instans fuisti.igitur in c.instanti incepisti eẽ.pꝫ consequentia ista satis ⁊ maior.sed minor arguitur.qa tu nõ fuisti ante.c.igitur nõ imediate ante.c.fuisti antecedens probatur qa.c.fuit ita cito sicut tu fuisti.igitur tu non fuisti anteq̃ꝫ.c.fuit patꝫ cõsequentia.⁊ arguitur antecedens qa tunc.c. fuit demonstrando totum tp̃s terminatũ ad instans presens ⁊ inceptum ab aliquo instãti preterito anteq̃ꝫ tu incepisti eẽ.⁊ tunc fuit ita cito sicut tu fuisti.igitur ita cito sicut tu fuisti c.fuit pꝫ consequentia satis.⁊ sicut arguitur ꝙ in.c.instanti tu incepisti esse ita arguitur de quolibet instanti illius hore ꝙ in eo tu incepisti eẽ ⁊c̃.¶ Iteꝫ illo dato ꝙ oẽ tp̃s tãdiu erit q̃ꝫdiu erit aliq̃ eius ps vel instãs itrisecũ ⁊ ꝯsilr̃ de p̃terito sequit̃ ꝙ qcquid erit vnq̃ꝫ imediate post hoc erit.⁊ quicqd vnq̃ꝫ fuit imediate ante hoc fuit.⁊ nõ solũ illud.sꝫ quocũqꝫ dato qd̃ vnq̃ꝫ post hoc erit.sequit̃ ꝙ imediate post hoc erit.¶ Itẽ sequit̃ ꝙ imediate post hoc in aliquo instãti erit antixp̃s ⁊ tu in nullo instanti hore incipientis ab hoc instanti erit antixp̃s.ꝓbat̃ prima ps.qa nullꝫ erit instãs post hoc qn inter illud ⁊ hoc in aliquo instanti erit antixp̃s qa quocũqꝫ instanti dato inter hoc ⁊ illud erit antixp̃s arguendo vt prius.¶ Itẽ dato ꝙ q̃ꝫdiu aliqua ps alicuius tpis erit tã cito illud tp̃s erit.seq̃t̃ ꝙ ꝑ infinitũ tp̃s tu fuisti.⁊ ꝑ ĩfinitũ tp̃s tu eris q: ꝑ aliquantum tp̃s tu eris ⁊ nõ per tantum qn per in duplo maius ⁊ sic vltra.qa ꝑ omne tempus terminatũ ad primũ nõ eẽ tui tu fuisti.¶ Itẽ sequit̃ ꝙ aliquid est cõpositũ ex aliqbus quoꝝ nullum est.qd̃ si cõceditur eadẽ ratione concedendum est ꝙ isti sunt collective demonstrando te Adam.⁊ tñ adã non est.cõsequentia pꝫ intelligenti ⁊ cõsequẽs est vanum.Et ex illo vltra seqtur ꝙ nihil fuit ꝑ maius tp̃s q̃ꝫ aliud.⁊ nihil fuit prius q̃ꝫ aliud.⁊ sic seqtur ꝙ tempus nõ est numerus motus s̃m prius ⁊ posterius.¶ Sed forte ad hec argumenta dicitur negando illud assumptum cum arguitur ꝙ ante.a.antixp̃us erit.Et ad probationẽ cum arguit̃ tunc antichristus erit demonstrando tempus incipiens ab hoc instanti.⁊ terminatum vsqꝫ ad primum nõ esse antichristi dicitur negando illam,qa dicitur ꝙ antichristus nõ erit nisi in tempore intercepto inter primum esse antichristi ⁊ primum nõ eẽ eius.Et etiam negatur minor cũ arguitur.tũc erit ante.a.demõstrando idem tempus.dicitur enim ꝙ hoc tempus nõ erit nisi in equali mensura sibi.⁊ negatur ꝙ motus diurnus erit in medietate diei.sed erit in tota die.⁊ similiter negatur ꝙ motus horalis erit in medietate hore.sed erit in tota hora ⁊ sic de alijs mensurabilibꝰ. Et conceditur vltra s̃m istam responsioneꝫ ꝙ motus horalis est ⁊ ꝙ nulla pars eius fuit que nõ sit nec aliqua erit que non sit.Sed contra istam responsionem sic arguitur.qa ex illo sequitur ꝙ si aliquid fuit illud est.qa sicut medietas hore que corrumpebatur est.⁊ etiam quelibet eius pars est.vt concedit illa positio.⁊ vt sequitur ex eadem ita sequitur ꝙ dies que corrumpebatur est.⁊ quelibet eius pars est.etiã de anno ⁊ mille annis ⁊ q̃libet eoꝝ parte.quo dato sequitur etiam ꝙ ea que fuerunt in illis annis sunt ⁊ sic etiã seqtur ꝙ si aliquid erit illud est.⁊ tunc sequitur qd̃ nihil põt incipere esse.⁊ qd̃ nulla sit ꝓpositio contingens.¶ Itẽ seq̃t̃ ꝙ adã perpetuo erit.⁊ ꝙ ãtixp̃s ꝯtinue fuit q: ꝯtinue fuit ita qd̃ antixp̃s est vt sequit̃ ex illa positione.sed probatur prima ꝯña.s.ꝙ nihil põt incipere eẽ.q: si aliquid põt incipere eẽ sit antichristꝰ ⁊ arguitur ꝙ antixp̃s nõ incipit eẽ.q: continue ante hoc fuit ita qd̃ antichristus est.igit̃ continue ante hoc antichristus fuit.¶ Sed ad hec omnia dicitur concedendo exceptis tribus conclusionibus vltimis.dicitur enim ꝙ aliquid potest incipere eẽ.⁊ qd̃ aliqua est propositio ꝯtigẽs.⁊ ꝙ nõ ꝯtinue ãtixp̃s fuit

⁊ non continue adam erit. Et ad probatio/
nem admittitur ꝙ antixp̄s incipiat esse. ⁊ cū
arguit ꝙ nō. q: antixp̄s ꝯtinue ante hoc fuit
Dicitur negando illud. ⁊ cū arguitur ꝙ sic
q: continue ante hoc fuit ita ꝙ antixp̄s est igr̄
cōtinue ante hoc antixp̄s fuit. dicitur negan/
do ꝯñam. vnde licet adam sit nō tñ adam ē
in hoc instanti. neq3 in aliqua parte hui⁹ dici
sed est in tempore in quo fuit ⁊ non alio.
¶ Ad aliam formā dicit̄ qđ aliqua est ꝓpō
cōtingens sicut illa antixp̄s est. q: adhuc anti
xp̄s nō fuit ⁊ aliqñ erit. ⁊ ꝑ hoc negatur ꝙ ꝑ
petuo adaz erit ⁊ ꝙ cōtinue antixp̄s fuit. Sz
contra illam responsionē adhuc arguitur. q:
ex illa sequitur ꝙ nulla pars alicuius tp̄is erit
⁊ qđ nulla pars successiui fuit. q: nullu3 suc/
cessiuu3 fuit qñ fuit solum aliqua eius pars
sed solu3 qñ fuerunt oīa que fuerūt ipsum.
Sed nunq̄3 fuerūt oīa que fuerūt ipsum nisi
qñ illa simul fuerunt. sed nunq̄3 illa oīa simul
fuerunt. sicut sor. nō erit equalis platoni nisi
sor. sit simul cum platone ⁊c. ¶ Item ex ista
rñsione sequitur. ꝙ propositio simpliciter cō
tingens est necessaria. q: ꝫm istam responsio
nem valet hoc argumētum hoc aliqñ erit ta
le vel tale. igitur hoc est tale vel tale. Et ꝑ idē
sequitur ꝙ hec ꝓpō antixp̄s est. aliqñ erit ne
cessaria sic significando que iam est. igitur ē
necessaria etiam tamen ipsa est cōtingens igi
tur ⁊c. Et ex illo sequitur qđ necessarium cō
tradicit contingenti. q: hec antixp̄s nō est. cō
tradicit illi. necessarie antixp̄s est. vel si forte
dicitur ꝙ ista est impossibilis. antixp̄s nō est
tūc seqtur qđ īpossibile ꝯtradicit ꝯtigēti ꝯñs
ē falsū. q: si vnū ꝯtradictorioꝝ est cōtingēs.
ad vtrūlib3 reliquū ē ꝯtigēs. ¶ Itē nullo tp̄e
exñte nō esset cōcedendum ꝙ adaz est. neq3
qđ adam erit. posito ꝙ nullum tp̄s erit ⁊ ꝙ
antichristus erit. nō est concedendum ꝙ anti
christus est. sed ꝓpter tempus esse vel nō eē
nō sit aliqua illaru3 vera vel falsa. igitur non
est ꝯcedendum ꝙ antixp̄s est. ¶ Ideo forte
aliter dicitur ad principale negando ꝙ anti/
christus non pōt incipere esse ⁊ admisso casu
negatur ꝙ ante. c. instans antixp̄s erit. Et ad
ꝓbationem demonstrando tempus incipiēs
ab hoc instanti ⁊ terminatum ad primu3 nō
esse antichristi negatur ꝙ hoc tempus erit an
te. c. instans. quia hoc tempus nō erit nisi in
mensura sibi equali. ⁊ ita dicitur de quolibet
motu ꝙ nullus motus erit nisi in mensura si
bi equali. Sed vltra tamen dicitur negando
ꝙ adam est. ⁊ ꝙ antichrist⁹ est ⁊ negatur ꝙ
tempus in quo antichristus erit est. Sed cō
tra illam responsionem arguitur deducendo
eadem incōuenientia que prius. quia si tem
pus est. sit a gratia argumenti vna hora in cu
ius medio instanti simus ⁊ fuerit medietas
elapsa. b. ⁊ medietas futura. c. ⁊ arguit̄ tunc
sic. a. hora est. ⁊ . a. hora est. b. c. igitur. b. ⁊. c.
sunt ⁊ vltra. b. ⁊. c. sunt igitur. b. est. ⁊. c. est.
Si conceditur argumentum arguitur ꝙ si
aliquid fuit illud est. ⁊ si aliquid erit illud est
vt prius. ⁊ sequitur tunc iuxta istam respon
sionem qđ nihil potest incipere esse ⁊ qđ ni/
hil fuit prius alio nec aliquid erit prius alio.
Si negatur ꝯsequentia sequit̄ tūc qđ aliquid
componit̄ ex aliquib⁹ quoꝝ nullū ē. igr ⁊c.
¶ Item arguitur sic. aliqua per se alteratio
est. que non est nisi qualitas que acquiritur
igitur aliqua qualitas acquiritur. vel igit̄ ac/
quiritur qualitas acquisita vel acquirenda
aut aggregatu3 ex his. ⁊ siue sic siue sic sequi
tur ꝙ pars alterationis producta est. ⁊ etiam
pars producēda est. quo dato sequitur vt pri
us ꝙ si aliquid erit illud est. sequitur eni3 hoc
acquiritur. igitur quod acquiritur est hoc. igi
tur si hoc acquiritur hoc est. Sed forte huic
dicitur negando quod alteratio sit qualitas q̄
acquiritur. dicitur eni ꝙ nihil acquiritur nec
aliquid est in acquiri. quia tunc illud esset. ⁊
dicitur vltra secundum illam responsionem
ꝙ tu pertransis ⁊ nihil pertransis. nec ē pos
sibile te pertransire aliquid. ¶ Sed contra il
lam responsionem sic arguitur. quia si mot⁹
localis est ponatur quod motus horalis pu/
ta. a sit in cuius medio instanti simus. ⁊ fuerit
. b. medietas lapsa. ⁊ . c. medietas futura ⁊ se
quitur vt prius. vel quod aliquid componit̄
ex aliquibus quorum nullum est. ⁊ tunc etiā
sequuntur iam dicta inconuenientia ꝯtra istā
responsionem. vel sequitur quod. b. est ⁊ qđ
. c. est ⁊ quod si sor. fuit sor. est ⁊ ꝙ si antichri
stus erit antichristus est. igitur contradictio ē
quod tu pertransis ⁊ nihil pertransis. ¶ Itē
ista responsione data sequitur quod nulla ps
alicuius temporis erit nec aliqua pars alicu/
ius successiui erit nec fuit. quod deducitur vt

prius contra secundam responsionem.

Oppositum tamē dubij ē manifestum q2 si nihil preter deum esset posset aliquod successiue producendum incipere esse. sed iam eque bene pōt aliquod successiue producendum a deo incipere esse sicut posset si nihil preter deum esset. igitur iam pōt aliquod successiue producendum aut producibile incipere esse.

Ideo ad dubiū dicitur illud concedendo ꝛ vltra dicitur ꝑ materia ꝙ nihil de successiuo habemus nisi terminum ad bonū intellectū puta instans vel mutatuȝ esse ꝛ hoc est qd̄ dixerūt antiqui philosophi ꝙ de tēpore nō habemus nisi instans. ¶ Secundo premittitur ꝙ si moueri est moueri ē ꝑ tēpus ꝛc̄. Et per hoc respondetur ad argumentum cōtra illam responsionem qñ arguitur ꝙ Adam est. ꝛ ꝙ antichristus est negādo. ꝛ negatur ꝙ tempus sit aut ꝙ aliqua hora vel motus sit. sed conceditur ꝙ omne successiuum erit. ꝛ qd̄ omne successiuum fuit. sic intelligendo dubium ꝙ. a. successiue ꝑductuȝ incipit esse. q2. a. est in instanti. qd̄ est presens ꝛ nō immediate ante instans qd̄ est presens fuit in aliquo instanti. ita ꝙ illa ꝑpositio de ly imediate sumatur cū instāti de preterito vel de futuro. Unde dicit̄ ꝙ quocūq3 dato successiue producto aut producendo qd̄ in aliquo instanti erit. ipsum erit anteq̄3 in aliquo instanti erit. ꝛ ipsum erit ante primū esse sui. ꝛ negatur ꝙ si aliqd̄ spacium pertransibitur ipsum prius pertransibitur q̄3 erit pertransitum. nec oportet ad hoc quod ipsum erit pertransitum qd̄ ipsum erit postquam ipsum mobile pertransiuerit. ꝛ si sortes acquiret aliquam quantitatem ipse tācito eam habebit q̄cito acquiret eam. ꝛ si aliquam acquiret ipsa erit tamcito acquisita quāto ipsa acquiret.

Sed contra istam responsionem forte arguit̄ q2 ex illa sequit̄ ꝙ sor. erit equalis platoni ꝛ nunq̄3 erit ita ꝙ sor. est equalis platoni. ꝛ ꝙ sor. erit equalis platoni. ꝛ nec per tēpus nec per instans erit equalis platoni. ¶ Item ꝙ sor. nō est equalis platoni ꝛ erit equalis platoni. ꝛ nec incipit neq3 incipiet eē equalis platoni. ¶ Item ꝙ sor. erit tripedalis ꝛ in nullo instanti erit tripedalis. ¶ Item ꝙ. a. distat a. b. per pedalem distantiam. ꝛ tanget. b. ꝛ tñ nec per tempus neq3 per instans tāget. b. ꝛ nō incipit nec incipiet tanger̄. b. ¶ Iteȝ ꝙ sortes incipit esse pedalis ꝛ desinit esse pedalis. ꝛ tñ immediate ante instans quod est presens fuit pedalis ꝛ immediate post instans quod est presens erit pedalis. ¶ Iteȝ ꝙ sor. non est taȝ albus q̄3 albus est plato. ꝛ erit tā albus q̄3 albus est plato. ꝛ tñ non incipit neq3 incipiet esse tam albus q̄3 albus est plato. Et ꝙ ille conclusiones sequātur sic arguitur ponatur ꝙ sor. sit pedalis quātitatis ꝛ plato bipedalis. ꝛ augeatur vterq3 illoꝝ vniformiter in illa hora. ita ꝙ si maneret vterq3 eoꝝ in fine esset vterq3 in fine hore tripedalis quantitatis. sed ponatur ꝙ vterq3 eoꝝ desinat esse cum sua quantitate. ꝛ sequitur ꝙ sortes erit equalis platoni ex responsione data. q2 vterq3 eorum erit tripedalis precise. ꝛ tñ nunquā erit ita ꝙ sortes est equalis platoni. q2 neq3 in fine hore neq3 ante fineȝ hore. Et si sortes distat ab. a. puncto per pedalem distantiam. ꝛ augeatur in hora acquirendo pedalem quātitatem versus. a. punctum sequitur ꝙ ante finem hore acquiret illam tripedalem quantitatem ꝛ illam habebit. sed quācito habebit illam tripedalem quantitatem tācito tanget a. punctum. igitur ante finem tanget. a. punctum. ꝛ si ponatur ꝙ in fine maneat. a. punctus ꝛ sortes cum illa quantitate tanget. a. pūctum anteq̄3 incipiat tangere. a. punctuȝ. Et si ponat̄ cū toto casu ꝙ ille punctus non sit in fine hore. sed cōtinue ante finē. concedēdū est ꝙ sor. nō tanget a apunctum ꝛ tanget. a. punctū ꝛ non incipit nec incipiet tangere. a. punctum ꝛ per eundem modum sequuntur conclusiones sibi illate.

Ideo generaliter teneatur ꝙ de nullo successiue producendo valet cōsequentia de forma argueudo ex copulatiua cuius vna pars est negatiua d̄ presenti ꝛ alia affirmatiua de futuro inferendo propositionem de incipit de presenti vel de futuro. vnde nō sequitur. a. quantitas erit. ꝛ nō est. igitur incipit vel suscipiet esse. ponatur enim ꝙ a. ignis generabitur per partem ante partē ꝛ qñ erit generata vna pars corrumpat̄ alia successiue sicut generantur alie. ꝛ sequitur ꝙ

a.ignis erit.aliter eniꝫ nullũ successiuũ erit.⁊
tñ.a.ignis generabitur nõ incipit neqꝫ incipi
et esse.¶ Itẽ ponat̃ ꝙ.a.ignis generabitur
⁊ nulla pars desinet esse ante fineꝫ hore.sed
in fine hore ille ignis ꝑm se ⁊ qdlibet sui desi
net esse ꝑ remotionem de pñti.⁊ patet ꝯñaꝫ
nõ valere.¶ Ideo pꝫ ꝙ nõ si sor.erit aliqua
lis qualis iã non est ipe incipit vel incipiet eẽ
talis.⁊ nõ si sor.erit aliquantus quantus iaꝫ
nõ est ipe incipit vel incipiet esse tãtus.¶ Itẽ
ꝙ nõ.si aliquid erit qd nõ est ipm incipit vl̃
incipiet esse.Silr nõ si aliqd erit aliquale q̃le
ipm postea nõ erit.ipm desinit vel desinet eẽ
tale.⁊ nõ si aliqd erit aliquantũ quãtũ postea
nõ erit ipm desinit aut desinet esse tantũ pa/
rent illa oĩa de igne pedali successiue generã
do ⁊ successiue corrũpẽdo.ille eniꝫ ignis erit
adequate in hora ⁊ in nulla eius parte aliter
vt est ostensum pro parte nullũ successiuum
erit.¶ Ex predictis vltra patet tales ꝯñas ñ
valere.a.propositio nõ est vera ⁊.a.propo/
sitio erit vera igitur.a.propositio incipit vel
incipiet esse vera.Similiter tu nõ scis.a.pro
positionẽ.⁊ scies a propositionẽ.igitur icipis
vel incipies scire a propositionẽ.pꝫ de illa ꝓ
positione sor.fuit equalis platoni.posito cum
casu illo prius supposito de sorte ⁊ pla.aug/
mentandis in hora ꝙ illa propositio accepta
erit adequate in hora ꝑ quã illi augmentabũ
tur.⁊ in cuius fine vterqꝫ eoꝝ desinet esse.vt
ibidẽ positũ est.quã propositionẽ tu ꝑ totam
illã horã credas sine hesitatione vel ponatur
casus de preterito.facta.s.augmentatione illo
rum ⁊ eorũdem corruptione.⁊ pꝫ totũ pro/
positũ.¶ Ad formã igitur argumenti princi
palis.negatur illa ꝯñtia.hec quãtitas erit an
te.a.igitur in.a.hec quantitas nõ incipiet eẽ
⁊ ex dictis patet ꝯñam non valere.¶ Ad se
